Ex A

LE VESPERAL ROMAIN,

A L'USAGE DU DIOCÈSE DE QUEBEC.

A QUEBEC:

CHEZ JOHN NEILSON, IMPRIMEUR-LIBRAIRE;

N°. 3, RUE LA MONTAGNE, 1802.

TABLE.

PROPRE DES SAINTS.

Novembre.

Décembre.

Fin de la Table.

Errata.

Page 14, ligne 3e. l'Oraison suivante a été omise.

Oremus.

DEus, cujus dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur erexit; & coapostolum ejus Paulum tertiò naufragantem, de profundo pelagi liberavit, exaudi nos propitius, & concede, ut amborum meritis, æternitatis gloriam consequamur.

Page 15, ligne 4.


℣. In omnem terram exivit sonus eorum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eorum.

LE
DIMANCHE
À VÊPRES.

Pater nofter. Ave Maria. *Tout bas.*

L'Officiant.



Deus, in adjuto rium meum inten-de:

Le Chœur.



Do-mine, ad adjuvandum me fef-ti na.

Puis on continue fur le même ton:

Gloria Patri et Filio: et Spiritui Sancto:
Sicut erat in principio, et nunc et femper: et in fecula feculorum. Amen.



Al- le-lu- ia.

Depuis la Septuagéfime jufqu'à Pâques:




Laus tibi, Domine, Rex æ-ternæ glori-æ.


Ant. A

Dans le Tems Paſchal. Antienne.

L'Officiant.




Les Chantres



Al- le-lu- ia. Dixit Dominus &c.

Pendant l'Année.

L'Officiant.




Le Chœur continue.

D I- xit Do- mi nus.



Do-mi-no me-o : Sede à dextris



me-is. 7 *ton.*

Donec ponam inimicos tuos : ſcabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum : ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, & non pœnitebit eum : tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.

Dominus à dextris tuis : confregit in die iræ ſuæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas : conquaſſabit capita in terrâ multorum.

De torrente in viâ bibet : propterea exaltabit caput.

Gloria Patri, & Filio : & Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, & nunc & ſemper : & in ſecula ſeculorum. Amen.



Magna opera Domini : exquiſita in omnes voluntates ejus.

Confeſſio & magnificentia opus ejus : & juſtitia ejus manet in ſeculum ſeculi.

Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator Dominus : eſcam dedit timentibus ſe.

Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui : virtutem operum ſuorum annuntiabit populo ſuo.

Ut det illis hæreditatem gentium : opera manuum ejus veritas & judicium.

Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in ſeculum ſeculi : facta in veritate & æquitate.

Redemptionem miſit populo ſuo : mandavit in æternum teſtamentum ſuum.

Sanctum & terribile Nomen ejus : initium ſapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum : laudatio ejus manet in ſeculum ſeculi.

Gloria Patri, & Filio : & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & ſemper : & in ſecula ſeculorum. Amen.



Potens in terrâ erit femen ejus : generatio rectorum benedicetur.

Gloria & divitiæ in domo ejus : & juftitia ejus manet in feculum feculi.

Exortum eft in tenebris lumen rectis : mifericors & miferator & juftus.

Jucundus homo qui miferetur, & commodat, difponet fermones fuos in judicio : quia in æternum non commovebitur.


In memoriâ æternâ erit juftus : ab auditione malâ non timebit.

Paratum cor ejus fperare in Domino, confirmatum eft cor ejus : non commovebitur donec defpiciat inimicos fuos.

Difperfit, dedit pauperibus, juftitia ejus manet in feculum feculi : cornu ejus exaltabitur in gloriâ.

Peccator videbit & irafcetur, dentibus fuis fremet & tabefcet : defiderium peccatorum peribit. Gloria Patri.





laudate Nomen Domi-ni. 7 *ton.*

Sit Nomen Domini benedictum : ex hoc nunc & uſque in ſeculum.

A ſolis ortu uſque ad occaſum : laudabile nomen Domini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus : & ſuper cœlos gloria ejus.

Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat : & humilia reſpicit in cœlo & in terrâ ?

Suſcitans à terrâ inopem : & de ſtercore erigens pauperem.


Ut collocet eum cum principibus : cum principibus populi ſui.

Qui habitare facit ſterilem in domo : matrem filiorum lætantem. Gloria Patri.


Ant.



Sit Nomen Do-mi-ni be-nedic-




Ant.



-tum in ſecula. 7. Nos qui vi-vimus.

Pſ. 113.



I N e-xitu Iſ-ra-ël de Ægypto :



domûs Jacob de popu-lo barbaro.

Facta eſt Judæa ſanctificatio ejus : Iſraël poteſtas ejus.

Mare vidit et fugit : Jordanis converſus eſt retrorsùm.

Montes exultaverunt ut arietes : & colles ſicut agni ovium.

Quid eſt tibi, mare, quòd fugiſti ? & tu, Jordanis, quia converſus es retrorsùm ?

Montes exultaſtis ſicut arietes : & colles ſicut agni ovium.

A facie Domini mota eſt terra : à facie Dei Jacob.

Qui convertit petram in ſtagna aquarum : & rupem in fontes aquarum.

Non nobis, Domine, non nobis : ſed Nomini tuo da gloriam.

Super miſericordiâ tuâ, & veritate tuâ : nequandò dicant gentes, Ubi eſt Deus eorum ?

Deus autem noſter in cœlo : omnia quæcumque voluit, fecit.

Simulacra gentium argentum & aurum : opera manuum hominum.

Os habent, & non loquentur : oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient : nares habent, & non odorabunt.

Manus habent, & non palpabunt : pedes habent, & non ambulabunt : non clamabunt in gutture ſuo.

Similes illis fiant qui faciunt ea : & omnes qui confidunt in eis.

Domus Iſraël ſperavit in Domino : adjutor eorum & protector eorum eſt.

Domus Aaron ſperavit in Domino : adjutor

eorum & protector eorum eſt.

Qui timent Dominun, ſperaverunt in Domino : adjutor eorum & protector eorum eſt.

Dominus memor fuit noſtrî: & benedixit nobis.

Benedixit domui Iſraël : benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus qui timent Dominum : puſillis cum majoribus.

Adjiciat Dominus ſuper vos : ſuper vos, & ſuper filios veſtros.

Benedicti vos à Domino: qui fecit cœlum & terram.

Cœlum cœli Domino : terram autem dedit filiis hominum.

Non mortui laudabunt te, Domine : neque omnes qui deſcendunt in infernum.

Sed nos qui vivimus, benedicimus Domino : ex hoc nunc & uſque in ſeculum.


Gloria Patri.




Capitule. 2. Cor. 1.

BEnedictus Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostrâ. ℟. Deo gratias.


Hymne.



L U-cis Cre a-tor opti-me, Lu-cem



di- e- rum proferens, Primor-diis lu-




cis novæ, Mundi parans o- riginem.

Qui mane junctum vesperi,
Diem vocari præcipis:
Tetrum cahos illabitur,
Audi preces cum fletibus.

Ne mens gravata crimine,
Vitæ sit exul munere;
Dum nil perenne cogitat,
Seseque culpis illigat.

Cœlorum pulset intimum,
Vitale tollat præmium:
Vitemus omne noxium,
Purgemus omne pessimum.

Præsta, Pater piissime,
Patrique compar unice,
Cum Spiritu Paraclito,
Regnans per omne seculum. Amen.



℣. Di-ri-ga-tur, Do-mine, o ra ti-o me-



a.

℟. Sicut incenſum in conſpectu tuo.

L'Antienne de Magnificat *eſt toujours propre.*

Cantique de la Ste. Vierge. S. Luc. 1.

MAgnificat : anima mea Dominum.

Et exultavit ſpiritus meus : in Deo ſalutari meo.

Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ : ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt : & ſanctum Nomen ejus.

Et miſericordia ejus à progenie in progenies : timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio ſuo : diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede : et exaltavit humiles.

Eſurientes implevit bonis : et divites dimiſit inanes.

Suſcepit Iſraël puerum ſuum : recordatus miſericordiæ ſuæ.

Sicut locutus eſt ad Patres noſtros : Abraham et ſemini ejus in ſecula. Gloria Patri &c.

Oraiſon propre.

MEMOIRES COMMUNES.

De la Croix, au Tems Paſchal.

Antienne.



℣. Dicite in nationibus, alleluia.
℟. Quià Dominus regnavit à ligno, alleluia.

ORÉMUS.

DEUS, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum ſubire voluiſti, ut inimici à nobis expelleres poteſtatem: concede nobis famulis tuis, ut reſurrectionis gratiam conſequamur. Per Dominum &c.

De la Ste. Vierge.



Pendant l'Année.

℣. Ora pro nobis, ſancta Dei genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

OREMUS.

CONcede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetuâ mentis & corporis ſanitate gaudere : & glorioſâ beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitiâ, & æternâ perfrui lætitiâ.

Après l'Epiphanie.

℣. Poſt partum, Virgo, inviolata permanſiſti.
℟. Dei genitrix, intercede pro nobis.

OREMUS.

DEUS, qui ſalutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fœcundâ, humano generi præmia præſtitiſti : tribue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus autorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum.

Des Apôtres.



P E-trus A- poſ-to-lus, & Pau-



lus Doctor Gen- ti-um, ip-ſi nos do-



cu- e- runt legem tu-am, Domine. 8.

℣. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram.

℟. Memores erunt Nominis tui, Domine.

De la Paix.



℣. Fiat pax in virtute tuâ.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

OREMUS.

DEus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera ; da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem : ut & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublatâ formidine, tempora ſint tuâ protectione tranquilla. Per Dominum.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

A COMPLIES.

Le Lecteur dit : Jube, Domne, benedicère.

Bénédiction. Noctem quietam et finem perfectum concedat nobis Dominus omnipotens. ℟. Amen.

La leçon brève. I. S. Pierre. 5.

FRATRES: Sobrii estote, et vigilate; quia adversarius vester Diabolus, tanquàm leo rugiens, circuit quærens quem devoret : cui resistite fortes in fide. Tu autem, Domine, miserere nobis. ℟. Deo gratias.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.

Pater noster *et le reste tout bas.*


Le Pater *achevé, l'Officiant fait la confession en disant* Confiteor Deo omnipotenti &c. *à laquelle on répond.*

Après Indulgentiam, absolutionem &c.


L'Officiant dit :

℣. Converte nos, Deus salutaris noster.
℟. Et averte iram tuam à nobis.
Deus, in adjutorium &c.

Antienne pendant l'Année.



Dans le Tems Paſchal.



PSEAUME, 4.

CUM invocarem, exaudivit me Deus juſtitiæ meæ: in tribulatione dilataſti mihi.

Miſerere mei : & exaudi orationem meam.

Filii hominum, uſquequò gravi corde : ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium ?

Et ſcitote quoniam mirificavit Dominus ſanctum ſuum : Dominus exaudiet me, cùm clamavero ad eum.

Iraſcimini, et nolite peccare : quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.

Sacrificate ſacrificium juſtitiæ, et ſperate in Domino: multi dicunt, Quis oſtendit nobis bona ?

Signatum eſt ſuper nos lumen vultûs tui, Domine : dediſti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini et olei ſui : multiplicati ſunt.

In pace in idipſum : dormiam et requieſcam.

Quoniam tu, Domine, ſingulariter in ſpe : conſtituiſti me. Gloria Patri.

PSEAUME, 30.

IN te, Domine, ſperavi, non confundar in æternum : in juſtitiâ tuâ libera me.

Inclina ad me aurem tuam : accelera ut eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem, et in domum refugii: ut salvum me facias.

Quoniam fortitudo mea, et refugium meum es tu: et propter nomen tuum deduces me, et enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me, Domine Deus veritatis.

Gloria Patri.

PSEAUME, 90.

QUI habitat in adjutorio Altissimi: in protectione Dei cœli commorabitur.

Dicet Domino, susceptor meus es tu, et refugium meum: Deus meus, sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium: et à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: non timebis à timore nocturno.

A sagittâ volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incursu, & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es, Domine, spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te: ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aſpidem et baſiliſcum ambulabis: et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me ſperavit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione, cripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: & oſtendam illi ſalutare meum. Gloria Patri.

Pseaume 133.

ECCE nunc benedicite Dominum: omnes ſervi Domini.


Qui ſtatis in domo Domini: in atriis domûs Dei noſtri.

In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: & benedicite Dominum.


Benedicat te Dominus ex Sion: qui fecit cœlum & terram. Gloria Patri.

Pend. l'An.





Tems Paſch.





ia, al- lelu- ia.

Depuis la Quasimodo jusqu'à la Trinité exclusiv.




Al-le-lu-ia. al-le-lu- ia. al- le- lu ia.

Aux Dimanches simples.

Hymne.



TE lu-cis an-te ter-mi-num,



Re-rum Cre-a-tor pos-ci mus, Ut so-li-




tâ cle-men-ti- â, Sis præ-sul ad




cus-to-di am.

Aux Fêtes doubles.


Hym.



TE lu- cis an- te ter- minum,



Re-rum Cre-a- tor, poscimus,



Ut so-li-tâ clemen-ti-â,



Sis præ-sul ad cus-to- di-am.

Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata,
Hostemque nostrum comprime,
Ne polluantur corpora.
Præsta, Pater omnipotens,
Per Jesum Christum Dominum,
Qui tecum in perpetuum
Regnat cum sancto Spiritu. Amen.


Capitule.

TU autem in nobis es, Domine, & Nomen sanctum tuum invocatum est super nos: ne derelinquas nos, Domine Deus noster.

R̸. Deo gratias.

Répons bréf.

Pend. l'Av.




In manus tu-as, Domine, * Com-




On Répète In manus.


mendo spi-ri-tum me- um.




Rede-misti nos, Domine, De-us veri-



ta- tis ✱ Commendo. ℣. Glo-ri-a



Pa-tri, & Fi- li- o, & Spi-ri tu-i




On Répète In manus.


Sancto.

℣. Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi.
℟. Sub umbrâ alarum tuarum protege nos.

Pend. l'Année.




In manus tu-as, Domine



On Répète In manus.

✱ Commendo spi-ritum me- um.




℣. Redemisti nos, Do-mine, De-us



veri-ta-tis. ✱ Commendo. ℣. Glo-ri-a



Patri, & Fi- li-o, & Spi-ritu- i




On Répète In manus.


Sancto.

℣. Custodi nos, Domine, &c.


Tems. Pasch.



In manus tuas, Domine, com-



mendo spi-ri-tum me-um. * Alle- lu- ia,



On Répète In manus.




al-le-lu- ia ℣. Redemisti,



On Répète Allel.

nos, Domine, Deus veri ta-tis.



℣. Glo-ri-a Patri, & Fi- li-o, &



On Répète In manus.

Spi-ritu- i Sancto.

℣. Custodi nos, Domine, &c.

Ant.




Salva nos. *Cant.* Nunc di-mittis. 3.

NUnc dimittis ſervum tuum, Domine : ſecundùm verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei : ſalutare tuum.

Quod paraſti : ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem gentium : & gloriam plebis tuæ Iſraël. Gloria Patri.

Ant.


Les prières ſuivantes ſe diſent toujours, excepté aux fêtes doubles & pendant les Octaves.

KYrie, eleiſon. Chriſte, eleiſon. Kyrie, eleiſon. Pater noſter. *tout bas.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. Credo in Deum. *Secr.* ℣. Carnis reſurrectionem. ℟. Vitam æternam, Amen. ℣. Benedictus es, Domine Deus patrum noſtrorum. ℟. Et laudabilis & glorioſus in ſecula. ℣. Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu. ℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſecula. ℣. Bene-

dictus es, Domine, in firmamento Cœli. ℟. Et laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in secula. ℣. Benedicat & custodiat nos omnipotens & misericors Dominus. ℟. Amen. ℣. Dignare, Domine, nocte istâ. ℟. Sine peccato nos custodire. ℣. Miserere nostri, Domine. ℟. Miserere nostri. ℣. Fiat misericordia tua, Domine, super nos. ℟. Quemadmodùm speravimus in te. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

ORSMUS.

Visita, quæsumus, Domine, habitationem istam, & omnes insidias inimici ab eâ longè repelle: Angeli tui sancti habitent in eâ, qui nos in pace custodiant ; & benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum, &c.


℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.


Bénéd. Benedicat & custodiat nos omnipotens et misericors Dominus, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. ℟. Amen.

Et sans dire Fidelium animæ, *on commence une des Antiennes suivantes :*

Depuis l'Avent jusqu'à la Purification.

Ant.




Cœ- li por- ta ma- nes,
& ſtel- la ma- ris, ſuccur-
re caden- ti, ſur-gere qui cu- rat
po pu-lo : Tu quæ ge- nuiſ- ti,
natu- râ miran- te tuum ſanctum
Ge- nitorem, Vir- go pri- ùs
ac poſ- te- ri-ùs, Ga-brie- lis
ab o- re, ſumens il- lud A-
ve, pec-ca-to-rum mi-ſe- rere. 5.

Ant.

Pendant l'Avent.

℣. Angelus Domini nuntiavit Mariæ.
℟. Et concepit de ſpiritu Sancto.

OREMUS.

GRatiam tuam, quæſumus, Domine, mentibus noſtris infunde : ut qui, Angelo nuntiante, Chriſti filii tui incarnationem cognovimus, per paſſionem ejus & crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟ Amen.


Depuis les premières Vêpres de Noël, juſqu'aux Secondes Vêpres de la Purification.

℣. Poſt partum, Virgo, inviolata permanſiſti.
℟. Dei Genitrix, intercede pro nobis.


OREMUS.

DEus, qui ſalutis æternæ, Beatæ Mariæ virginitate fœcundâ, humano generi præmia præſtitiſti : tribue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus autorem vitæ ſuſcipere, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum.
℟. Amen.

Depuis Complies du jour de la Purification juſqu'au Jeudi Saint.

Ant.


A - Ve Re-gi- na Cœ- lo-



rum ; A- ve, Do-mina An-gelo-



V. Dignare me laudare te, Virgo ſacrata.
R. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

ORÉMUS.

CONcede, miſericors Deus, fragilitati noſtræ præſidium: ut qui ſanctæ Dei Genitricis memoriam agimus, interceſſionis ejus auxilio, à

nostris iniquitatibus resurgamus. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Depuis Complies du Samedi Saint, jusqu'à la veille de la Trinité.

Ant.



V. Gaude et lætare, Virgo Maria, alleluia.

R. Quià ſurrexit Dominus verè, alleluia.

Oremus.

Deus, qui per resurrectionem Filii tui Domini nostri Jesu Christi mundum lætificare dignatus es : præsta, quæsumus, ut per ejus genitricem Virginem Mariam, perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eumdem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Depuis la Trinité jusqu'au 1er Dimanche de l'Avent exclusivement.

Ant




flen- tes, in hâc la- cryma- rum
val- le. E- i- a ergò, advo-ca- ta
nos-tra, il-los tu- os mi- se- ri-
cor- des o- cu-los ad
nos con-ver- te. Et Je-
sum be-ne-dic-tum fruc-tum ventris
tu- i, no- bis post hoc
e- xi- li-um os- tende. O
cle- mens, ô pi- a,



ô dul-cis Virgo Ma- ri- a.

V. Ora pro nobis, ſancta Dei Genitrix.


R. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

OREMUS.


OMnipotens, ſempiterne Deus, qui glorioſæ Virginis Matris Mariæ corpus & animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu ſancto cooperante, præparaſti : da, ut cujus commemoratione lætamur, ejus piâ interceſſione, ab inſtantibus malis & à morte perpetuâ liberemur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. R. Amen.

COMMUN DES APOTRES.


Aux Premières Vêpres.



HOc eſt præ-cep-tum me- um,




ut di- li-ga-tis invicem, ſicut dile-




xi vos. *Pſ.* Dixit Dominus. 8.


Ant. Ma-jo- rem Chari-tatem nemo
ha- bet, ut a-ni mam ſu-am
po- nat quis pro a-mi- cis ſu-is
Pſ. Confi te- bor. 2. *Ant.* Vos a-
mici me-i eſ- tis, ſi fece- ritis
quæ præ cipi- o vo-bis, di-cit Do-
minus. *Pſ.* Be- a-tus vir. 3.
Ant. Be-a- ti paci- fi-ci, be-a-ti mun-
do cor-de: quo-ni-am ip- ſi De-




um vi-de-bunt. *Ps.* Lau-da-te pu-e-ri. 1.



Ant. In pa-ti-en-ti-â veſtrâ.

Ps. 116.



LAuda-te Dominum, omnes gentes:



laudate eum omnes popu-li. 2.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia ejus: & veritas Domini manet in æternum. Gloria Patri, &c.



Ant. In pa-ti-en-ti-â veſtrâ poſt ſide-



bi-tis a-nimas veſtras.

Capitule. *Ephes* 2.

FRatres, jam non eſtis hoſpites & advenæ, ſed eſtis cives ſanctorum & Domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu. R. Deo gratias.

Hymne.



Vos fecli jufti judices,
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium,
Audite preces fupplicum.

Qui cœlum verbo clauditis,
Serafque ejus folvitis,
Nos à peccatis omnibus
Solvite juffu, quæfumus.

Quorum præcepto fubditur
Salus & languor omnium :
Sanate ægros moribus,
Nos reddentes virtutibus.

Ut cum judex advenerit
Chriftus in fine feculi,
Nos fempiterni gaudii
Faciat effe compotes.

Deo Patri fit gloria,


Ejuſque ſoli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Et nunc & in perpetuum. Amen.

A Magnificat.




Oraiſon propre.

Aux Secondes Vêpres.





cu-tus ſum : ego autem humi-li-a-tus



ſum nimis. 7 *ton.*

Ego dixi in exceſſu meo : Omnis homo mendax.

Quid retribuanm Domino: pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem ſalutaris accipiam : & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.

O Domine, quià ego ſervus tuus : ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupiſti vincula mea : tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi ejus : in atriis domûs Domini, in medio tui Jeruſalem. Gloria Patri.



Ant. Diru-piſ-ti, Do- mi-ne, vin-cu-




la me-a, ti-bi ſa-crifi ca- bo hoſ-




ti-am laudis. 7. *Ant.* E-untes i- bant.


Pſ. 125.



I N convertendo Dominus capti-



vi-tatem Si-on: fac-ti ſumus ſicut



con-ſo-la-ti. 8 *ton.*

Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum: & lingua noſtra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.


Converte, Domine, captivitatem noſtram: ſicut torrens in Auſtro.

Qui ſeminant in lacrymis: in exultatione metent.


Euntes, ibant & flebant: mittentes ſemina ſua.

Venientes autem, venient cum exultatione: poi•antes manipulos ſuos. Gloria Patri.

Ant



E- untes, i- bant & fle-bant,



mitten- tes ſe- mi-na ſu- a.

Ant



Confor ta- tus eſt.

Pf. 138,



Intellexifti cogitationes meas de longè : femitam meam & funiculum meum inveftigafti.

Et omnes vias meas prævidifti : quià non eft fermo in linguâ meâ.

Ecce, Domine, tu cognovifti omnia, noviffima & antiqua : tu formafti me, & pofuifti fuper me manum tuam.

Mirabilis facta eft fcientia tua ex me : confortata eft, & non potero ad eam.

Quò ibo à fpiritu tuo : & quò à facie tuâ fugiam ?

Si afcendero in cœlum, tu illìc es : fi defcendero in infernum, ades.

Si fumpfero pennas meas diluculò : & habitavero in extremis maris.

Etenim illùc manus tua deducet me : & tenebit me dextera tua.

Et dixi, forfitan tenebræ conculcabunt me : & nox illuminatio mea in deliciis meis.

Quià tenebræ non obfcurabuntur à te, & nox ficut dies illuminabitur : ficut tenebræ ejus, ità & lumen ejus.

Ant. D 2

Quià tu poſſediſti renes meos : ſuſcepiſti me de utero matris meæ.

Confitebor tibi, quià terribiliter magnificatus es : mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcit nimis.

Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto : & ſubſtantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur : dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui, Deus : nimis confortatus eſt principatus eorum.

Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur : exurrexi, & adhuc ſum tecum.

Si occideris, Deus, peccatores : viri ſanguinum, declinate à me.


Quià dicitis in cogitatione : accipient in vanitate civitates tuas.

Nonne qui oderunt te, Domine, oderam ? & ſuper inimicos tuos tabeſcebam ?


Perfecto odio oderam illos : & inimici facti ſunt mihi.

Proba me, Deus, & ſcito cor meum : interroga me, & cognoſce ſemitas meas.

Et vide ſi via iniquitatis in me eſt : & deduc me in viâ æternâ. Gloria Patri, &c.

Ant.







amici tu- i, De- us.

Le Capitule et l'Hymne des I Vêpres.


℣. Annuntiaverumt opera Dei.
℟. Et facta ejus intellexerunt.

A Magnificat.


Ant.




E S-tote fortes in bel- lo, &



pugna- te cum an- tiquo serpente:



& ac- ci-pi-e- tis reg-num æ-ter-num,




alle- luia. *Cant.* Mag- ni- ficat. 1. *p.* 10.

L'Oraison propre.

Commun des Apôtres.

Au Tems Paschal. *A Vêpres.*

Ant.




S Ancti tu- i, Domine, flo- re-



bunt ficut li-li-um, al-le-lu-ia ; &
ficut odor bal-fami e-runt ante
te, al lelu-ia. Pf. Dixit Dominus. 8.
Ant. In cœ-leftibus reg-nis Sanctorum
ha bita ti-o eft, al- le-luia; & in
æ-ter-num requies e- orum, alle-luia.
Pf. Confitebor. 7. Ant. In ve-la-mento
clama- bant Sancti tu-i, Do- mi-ne,
alle- lu-ia, al-lelu- ia, alle- luia.



Pſ. Be-atus vir. 2. *Ant.* Spi ri-tus &




animæ juſ-to- rum, hymnum di-cite




De-o noſtro, al- le-lu- ia, al le-luia.



Pſ. Laudate pueri. 8, *Ant.* Ful- ge- bunt



juſ- ti ſi- cut ſol in conſ-



pectu De- i, alle- luia.



Laudate Dominum. 2.

Capitule Sap. 5.

STabunt juſti in magnâ conſtantiâ adverſùs eos, qui ſe anguſtiaverunt, & qui abſtulerunt labores eorum.

Hym.



TRiſ- tes e- rant A-poſ- to-li



Sermone blando Angelus
Prædixit mulieribus :
In Galilææ Dominus
Videndus eft quantociùs.

Illæ, dum pergunt concitæ
Apoftolis hoc dicere,
Videntes eum vivere,
Chrifti tenent veftigia.

Quo agnito, Difcipuli
In Galilæam properè
Pergunt videre faciem
Defideratam Domini.


Quæfumus, autor omnium,
In hoc Pafchali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

Gloria tibi, Domine,
Qui furrexifti à mortuis :
Cum Patre & Sancto Spiritu,
In fempiterna fecula. Amen.


V. Sancti & jufti, in Domino gaudete, all.
R. Vos elegit Deus in hæreditatem fibi, all.

A Magnificat.


Ant.



L Ux perpe- tu-a lu-cebit Sanctis



tu-is, Do-mi-ne, & æ-terni-tas tem-



po-rum, alle-lu-ia. *Cant.* Magnificat. 4.

L'Oraison propre.

Les Antiennes des secondes Vêpres sont celles des premières, page 41.


Ps. Dixit Dominus, *page* 2. Laudate, *p.* 5. Credidi, *p.* 36. In convertendo, *p.* 38. Domine, probasti, *p.* 39. *Hymne* & *Capitule des premières Vêpres.*

℣. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia.

℟. Mors Sanctorum ejus, alleluia.

A Magnificat.

Ant.



S Anc- ti & jus-ti, in Domino



gaude-te, al-le-lu-ia; vos e-legit



De- us in hæ-redita-tem sibi, al-le



Commun d'un Martyr.

A Vêpres.




Ant. Qui mi- hi mi-nis- trat, me sequa-
tur, & ubì e-go sum, il lìc sit
& mi-nister me-us. *Ps.* Beatus vir. 1.
Ant. Si quis mi-hi mi-nistra- ve-rit,
hono-ri-fi cabit e-um Pa-ter me- us,
qui est in cœ- lis, di cit Dominus.
Ps. Laudate pueri. 1. *Ant.* Volo, Pa-ter,
ut ubì ego sum, il-lìc sit & Mi-
nis-ter me-us. *Ps.* Laudate Dominum. 1.

Capitule. Jacq. 1.

BEatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

Hymne.



Hic nempè mundi gaudia,
Et blandimenta noxia,
Caduca ritè deputans,
Pervenit ad cœleſtia.
Pœnas cucurrit fortiter,
Et ſuſtulit viriliter,
Pro te effundens ſanguinem,
Æterna dona poſſidet.
Ob hoc precatu ſupplici,
Te poſcimus, piiſſime,
In hoc triumpho Martyris,
Dimitte noxam ſervulis.
Laus & perennis gloria
Deo Patri & Filio,

Sancto simul Paraclito,
In sempiterna secula. Amen.

℣. Gloriâ & honore coronasti eum, Domine.

℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

A Magnificat.



Cant. Magnificat. 8. *p.* 10.

Pour un Martyr Pontife. Oraison.

INfirmitatem nostram respice, omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis gravat, beati N. Martyris tui atque Pontificis inter-

ceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum noſtrum, &c.

Autre Oraiſon.

DEus, qui nos beati N. Martyris tui atque Pontificis annuâ ſolemnitate lætificas : concede propitius, ut cujus natalitia colimus, de ejuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Pour un Simple Martyr. Oraiſon.

PRæſta, quæſumus, omnipotens Deus : ut qui beati N. Martyris tui natalitia colimus, interceſſione ejus in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

Autre Oraiſon.

PRæſta, quæſumus, omnipotens Deus : ut intercedente beato N. Martyre tuo, & à cunctis adverſitatibus liberemur in corpore, & à pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

Aux ſecondes Vêpres comme aux premières.


Le dernier Pſeaume Credidi, *page* 36.


℣. Juſtus ut palma florebit.

℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

A Magnificat.

Ant.





crucem ſu- am, & ſe- quatur me.



Cant. Magnificat. 1. *p.* 10.

Oraiſon Propre.

Commun des Martyrs.

Au Tems Paſchal. *A Vêpres.*


Ant. Sancti tui Domine &c. *Au Commun des Apôtres page* 41. *Les Pſeaumes du Dimanche excepté le dernier qui eſt* Laudate Dominum *page* 33.

Hymne pour un ſeul Martyr, Deus tuorum militum *page* 48. *Pour pluſieurs Martyrs, Hymne;* Rex glorioſe Martyrum. *Le Verſet et Ant. de* Magnificat *comme au Commun des Apôtres page* 44.


Hym.



REx glo- ri- o- ſe Mar-tyrum,



Co-ro- na con- fi- ten-ti um,



Qui reſpu- en-tes ter-re-a,



Perducis ad cœ- lesti- a.

Aurem benignam protinùs
Appone nostris vocibus;
Trophæa sacra pangimus;
Ignosce quod deliquimus.

Tu vincis in Martyribus,
Parcendo Confessoribus:
Tu vince nostra crimina,
Donando indulgentiam.

Gloria tibi, Domine,
Qui surrexisti à mortuis,
Cum Patre & sancto Spiritu,
In sempiterna secula. Amen.

℣. Sancti & justi, in Domino gaudete, all.

℟. Vos elegit Deus in hæreditatem sibi, all.

Ant. de Mag. Lux perpetua, *page* 45.

S'il n'y a point d'Oraison propre, on la prend au Commun, ci-dessus, page 49.

Dans la concurrence des fêtes.

A Magnificat.




F I- li- æ Je- ru- salem, ve- ni- te




& vi-de- te Mar-ty-res cum co-ro-




nis, qui-bus co-ro- na- vit e- os



Do- mi-nus in di- e so-lemni-tatis



& læ-ti- ti-æ, al- le- lu- ia,



al-le- lu-ia. *Cant.* Magni-fi-cat. 1.

Les secondes Vêpres sont comme les premières, excepté le dernier Pseaume qui est Credidi propter *page* 36.

On prend l'Oraison au Commun, s'il n'y en a point de propre.

Ant. de Mag. Sancti et justi, *page* 45.

℣. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia.

℞. Mors Sanctorum ejus, alleluia.

Commun de plusieurs Martyrs.

Hors le Tems Paschal. A Vêpres.

Ant.



O Mnes Sanc-ti quanta pas-si




sunt tormen-ta, ut secu- ri per-



ve-ni-rent ad palmam Marty-ri-i.


Ant.


Pſ. Dixit Dominus. 8. *Ant.* Cum pal-mâ
ad regna perve-ne-runt Sancti, co-
ro- nas deco-ris me-rue- runt de
ma- nu De i. *Pſ.* Con- fi tebor. 8.
Ant. Corpora Sancto- rum in pa- ce
ſe-pul-ta ſunt: & vi-vent nomi-na
e-o- rum in æ- ternum. *Pſ.* Bea-tus
vir. 1. *Ant.* Mar-ty-res Do-mi-ni,
Dominum benedici-te in æ- ternum.



Sur le ton de In exitu.


Irreg. Laudate pu-e-ri. 8. *ton.*



Ant. Mar-tyrum cho-rus, lau-da-te Do-mi-



num de cœ- lis, al- le-lu-ia.




Ps. Lau-date Domi-num. 8.


Capitule. *Sag.* 3.

JUstorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.

Hymne.




SAnctorum me-ri tis inclyta gaudi-a



Pangamus so-ci-i, gestaque forti a,



Nam gliscit a- nimus promere cantibus,



Victorum genus op-timum.

Hi ſunt quos retinens mundus inhorruit:
Ipſum nam ſterili flore peraridum
Sprevêre penitùs, teque ſecuti ſunt,
Rex Chriſte bone cœlitùs.

Hi pro te furias atque ferocia
Calcârunt hominum, ſævaque verbera;
Ceſſit his lacerans fortiter ungula,
Nec carpſit penetralia.

Cæduntur gladiis more bidentium,
Non murmur reſonat, non querimonia:
Sed corde tacito, mens benè conſcia
Conſervat patientiam.

Quæ vox, quæ poterit lingua retexere
Quæ tu Martyribus munera præparas?
Rubri nam fluido ſanguine, laureis
Ditantur benè fulgidis.

Te, ſumma Deitas, unaque poſcimus,
Ut culpas abluas, noxia ſubtrahas;
Des pacem famulis, nos quoque gloriam,
Per cuncta tibi ſecula. Amen.


℣. Lætamini in Domino, & exultate, juſti.
℟. Et gloriamini, omnes recti corde.

A Magnificat.


Ant



IS- to- rum eſt e-nim regnum cœ-




lo- rum qui con-tempſe- runt vi- tam



mundi, & pervene-runt ad præ-mi- a



regni, & la-ve-runt ſto- las ſu- as



in ſan- guine Agni. Magnificat. 8.

Pour pluſieurs Martyrs Pontifes

OREMUS

BEatorum Martyrum, pariterque Pontificum N. & N. nos, quæſumus, Domine, feſta tueantur, & eorum commendet oratio veneranda. Per Dominum.

S'ils ne ſont point Pontifes.

DEus, qui nos concedis ſanctorum Martyrum tuorum N. & N. natalitia colere; da nobis in æternâ beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per Dominum noſtrum.

Autre Oraiſon. OREMUS.


DEus, qui nos annuâ ſanctorum Martyrum tuorum N. & N. ſolemnitate lætificas; concede propitius, ut quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per Dominum.

Aux ſecondes Vêpres.


Ant.



I S- ti ſunt Sancti qui pro teſ-



tamen- to De-i ſu-a cor- po-ra



tra-di- de- runt, & in ſanguine




Ag- ni la-verunt ſtolas ſu-as.



Pſ. Dixit Dominus. 2. *Ant.* Sancti per



fidem vi- cerunt regna, o-pe- ra-ti



ſunt juſ-ti- ti-am, adep- ti ſunt re-



pro- miſ-ſi-o-nes. *Pſ.* Confitebor: 2.



Ant. Sanctorum velut a- quilæ ju-



ventus re- no-va- bitur, flo-rebunt


ſi-cut li-li-um in civita-te Domi-ni.
Pſ. Beatus vir. 8. *Ant.* Abſter-get
De-us omnem la crymam ab o-
culis Sanc-torum, & jam non e-rit
ampli-ùs neque luc-tus, neque cla-
mor, ſed nec ul-lus do-lor, quoni-
am pri- o- ra tranſi- e-runt.
Pſ. Laudate pueri. 7. *Ant.* In cœ-leſ-ti-
bus reg-nis Sanc̃to-rum ha-bi-ta-ti-o



eſt, & in æ-ternum requies



e-o-rum. *Pſ.* Credidi propter. 8.

Le Capitule et l'Hymne comme aux premières Vê-pres, page 53.

℣. Exultabunt ſancti in gloriâ.


℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

A Magnificat.


Ant.



GAu-dent in cœ- lis a-nimæ




Sancto- rum qui Chriſti veſ- ti-



gi-a ſunt ſe-cu- ti ; & qui-a pro



e- jus a-mo- re ſanguinem ſu- um



fu- derunt ; i- de-ò cum Chriſto



e-xul- tant ſi-ne fine. Magnificat. 6.

L'Oraison comme aux premières Vêpres.

Dans le concours des fêtes.



Commun d'un Confesseur Pontife.


A Vêpres.




qui conserva- ret. le-gem ex-cel-si.
Ps. Confite-bor. 7. Ant. I- de-ò
ju- re- ju- rando fe-cit il lum Do-
minus cresсere in ple bem su-am.
Ps. Beatus vir. 8. Ant. Sa-cerdo- tes
De-i, bene-di- cite Domi- num: ser-vi
Do-mi-ni, hymnum di- cite De- o,
al-lelu-ia. Ps. Laudate pueri. 7.
Ant. Ser-ve bo- ne & fi-delis, in-tra



in gaudium Do mi-ni tu-i.




Ps. Laudate Dominum. 7. *ton.*


Capitule. Eccleſ. 44.

ECCE Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & inventus eſt juſtus : & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio.

Hym.




IS-te Confeſſor Do mi-ni ſacra-



tus, Feſ-ta plebs cujus ce-le-brat per



orbem, * Ho di-è læ tus me-ru-it ſe-cre-



ta Scan-dere cœ li.

* (*Si ce n'eſt pas le jour de la mort, on dit :*
Hâc die lætus meruit ſupremos
Laudis honores.)

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, caſtus fuit, & quietus,
Vita dum præſens vegetavit ejus
Corporis artus.

Ant. F 2

Ad sacrum cujus tumulum frequenter
Membra languentûm modò sanitati,
Quolibet morbo fuerint gravata,
Restituuntur.

Undè nunc noster chorus in honorem
Ipsius, hymnum canit hunc libenter,
Ut piis ejus meritis juvemur
Omne per ævum.

Sit salus illi, decus, atque virtus,
Qui suprà cœli residens cacumen,
Totius mundi machinam gubernat
Trinus & unus. Amen.

℣. Amavit eum Dominus, & ornavit eum.
℟. Stolam gloriæ induit eum.

Autre Chant.



Autre Chant.





A Magnificat.



OREMUS.

DA quæsumus, omnipotens Deus; ut beati N. Confessoris tui atque Pontificis veneranda solemnitas, & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum nostrum.

Ant. F 3


Autre Oraison.

EXAUDI, quæsumus, Domine, preces nostras, quas in beati N. Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferimus : & qui tibi dignè meruit famulari, ejus intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum.


Aux 1res et 2des Vêpres des Docteurs.

A Magnificat.

Ant.



O Doctor op- time, Ec-



cle- si-æ sanc-tæ lu-men, be-a- te



N. di-vi-næ le-gis a- mator,



de-preca-re pro no-bis Fi- li-um



De- i. Mag-ni-fi-cat. 2. *p.* 10.

Dans le concours des Fêtes.

Ant.



E - U-ge, serve bo-ne & fi-



Les Ant. des 2des Vêpres ſont celles des premières.

Dernier Pſeaume 131.

MEmento, Domine, David : & omnis manſuetudinis ejus.

Sicut juravit Domino : votum vovit Deo Jacob.

Si introiero in tabernaculum domûs meæ : ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.

Si dedero ſomnum oculis meis : & palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino : tabernaculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in Ephratâ : invenimus eam in campis ſilvæ.

Introibimus in tabernaculum ejus : adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes ejus.

Surge, Domine, in requiem tuam : tu & arca ſanctificationis tuæ,

Sacerdotes tui induantur juſtitiam: & Sancti tui exultent.

Propter David ſervum tuum: non avertas faciem Chriſti tui.

Juravit Dominus David veritatem, & non fruſtrabitur eam: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Si cuſtodierint filii tui teſtamentum meum: & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos.

Et filii eorum uſque in ſeculum: ſedebunt ſuper ſedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem ſibi.

Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hìc habitabo, quoniam elegi eam.

Viduam ejus benedicens benedicam: pauperes ejus ſaturabo panibus.

Sacerdotes ejus induam ſalutari: & Sancti ejus exultatione exultabunt.

Illùc producam cornu David: paravi lucernam Chriſto meo.

Inimicos ejus induam confuſione: ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea. Gloria.


Le Capitule et l'Hymne des 1res Vêpres.

℣. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas.


℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

A Magnificat


Ant.




A - Mavit e- um Do- minus,




& or- na- vit e- um: ſto-lam



glo-ri-æ in- duit e-um & ad




portas pa-ra-di- ſi co-ro navit



e-um. Magnificat. 1.

Aux ſecondes Vêpres des Papes, on chante à Magnificat *l'Ant. ſuivante.*


Ant.



DUm eſſet ſummus Pon- ti-fex,



ter-re-na non me- tu-it, ſed ad



cœleſti-a reg-na glo-ri-o- ſus mi-



gravit. Magnificat. 1.

Commun d'un Conf. non Pontife.

A Vêpres.





Capitule. Eccl. 31.

BEATUS vir, qui inventus est sine maculâ, & qui post aurum non abiit, nec speravit in

pecuniæ theſauris : Quis eſt hic, & laudabimus eum ? fecit enim mirabilia in vitâ ſuâ.

L'Hymne et le Verſet au Commun d'un Confeſſeur Pontiſe page 63.

A Magnificat.

Ant.



OREMUS *Oraiſon.*

DEUS, qui nos beati N. Confeſſoris tui annuâ ſolemnitate lætificas : concede propitius, ut cujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

Autre Oraiſon.


ADESto, Domine, ſupplicationibus noſtris, quas in beati N. Confeſſoris tui ſolemnitate deferimus : ut qui noſtræ juſtitiæ fiduciam non habemus, ejus qui tibi placuit, precibus adjuvemur. Per Dominum noſtrum, &c.

Pour un Abbé. Oraiſon.


INterceſſio nos, quæſumus, Domine, beati N. Abbatis commendet; ut quod noſtris meritis non valemus, ejus patrocinio aſſequamur. Per Dominum, &c.

Dans le concours des Fêtes.

Ant.




E - U-ge, ſerve bone & fi-




de- lis, qui- a in



pauca fu-iſ-ti fi- de- lis, ſu-prà



multa te conſ-ti- tu am, in-tra in




gau-dium Do-mini tu- i. I *ton.*

Les ſecondes Vêpres ſont comme les premières.

℣. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas.
℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

A Magnificat.

Ant




HIc vir deſ-pi- ci-ens mun-dum,

Ant. G



& ter-rena tri-umphans, di-vi-ti-as, cœ-



lo condi-dit, o- re, manu.



Mag-nï-fi-cat. 8 *ton.*

Commun des Vierges.

A Vêpres.

Ant.




HÆc eſt Virgo ſa-piens, &




u-na de nume-ro pru-dentûm.




Pſ. Dixit Dominus. 1. *Ant.* Hæc eſt Vir-go



ſa- piens, quam Dominus vi-gi-




lan-tem in-ve-nit. *Pſ.* Laudate, pueri. 1.




Ant. Hæc eſt quæ neſ-ci-vit.


Pſ. 121.



LÆ-ta-tus ſum in his quæ dicta



ſunt mi-hi : in domum Dó-mi-ni



i-bimus. 3 *ton.*

Stantes erant pedes noſtri : in atriis tuis, Jeruſalem.

Jeruſalem, quæ ædificatur ut civitas : cujus participatio ejus in idipſum.

Illùc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini : teſtimonium Iſraël, ad confitendum nomini Domini.

Quià illìc ſederunt ſedes in judicio : ſedes ſuper domum David.


Rogate quæ ad pacem ſunt Jeruſalem : & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tuâ : & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos : loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei noſtri : quæſivi bona tibi. Gloria Patri, &c.

Ant. G 2




Niſi Dominus cuſtodierit civitatem: fruſtrà vigilat qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.


Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæreditas Domini, filii; merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis : ita filii excuſſorum.


Beatus vir qui implevit deſiderium ſuum ex ipſis : non confundetur, cum loquetur inimicis ſuis in portâ. Gloria Patri.



Ant. Ve-ni, e- lec-ta me- a, & po-




nam in te thronum me-um, al-




le- luia. 1. *Ant.* Iſta eſt ſpeci-o- ſa.

Pſ. 147.



L Auda, Je-ru-ſalem, Dominum :



lauda Deum tu-um, Si-on. 3 *ton.*

Quoniam confortavit ſeras portarum tuarum : benedixit filiis tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacem : & adipe frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquium ſuum terræ : velociter currit ſermo ejus.

Qui dat nivem ſicut lanam : nebulam ſicut cinerem ſpargit,


Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas : ante faciem frigoris ejus quis ſuſtinebit ?

Ant. G 3

Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea : flabit ſpiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum ſuum Jacob : juſtitias & judicia ſua Iſraël.

Non fecit taliter omni nationi : & judicia ſua non manifeſtavit eis. Gloria Patri, &c.



Ant. Iſta eſt ſpeci- o- ſa in-ter



fi- li-as Je- ru- ſa-lem. 3 *ton.*


Capitule. 2. Cor. 10.

FRATRES, Qui gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt ; ſed quem Deus commendat.

Hymne.



J E-ſu, co- ro-na Vir- ginum,



Quem Ma- ter il- la con-ci-pit,



Quæ ſo- la Virgo par-tu-rit,



Hæc vo- ta cle- mens ac-ci-pe :

Qui paſcis inter lilia,
Septus choreis Virginum,
Sponſus decorus gloriâ,
Sponſisque reddens præmia.
Quocumque pergis, Virgines
Sequuntur, atque laudibus
Poſt te canentes curſitant,
Hymnosque dulces perſonant.
Te deprecamur largiùs,
Noſtris adauge ſenſibus,
Neſcire prorſùs omnia
Corruptionis vulnera.
Laus honor, virtus, gloria
Deo Patri, & Filio,
Sancto ſimul Paraclito,
In ſeculorum ſecula. Amen.

℣. Specie tuâ, et pulchritudine tuâ,
℟. Intende, proſperè procede, et regna.

A Magnificat.

Ant.



V E- ni, ſpon-ſa Chriſ-ti, accipe



co-ronam, quam ti-bi Do-minus



præparavit in æ-ternum. Mag-ni-ficat. 8.

OREMUS. *Oraiſon.*

DEUS, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula, etiam in ſexu fragili victoriam

martyrii contulisti : concede propitius, ut qui beatæ *N.* Virginis & Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum.

Autre Oraison.

INdulgentiam nobis, quæsumus, Domine, beata *N.* Virgo & Martyr imploret : quæ tibi grata semper extitit, & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dominum.


Pour une Vierge non Martyre.

OREMUS *Oraison.*


EXAUDI nos, Deus salutaris noster : ut sicut de beatæ *N.* Virginis tuæ festivitate gaudemus, ità piæ devotionis erudiamur affectu. Per.

Aux I & II Vêpres de plusieurs Vierges.

A Magnificat

Ant. 

PRudentes Vir-gines, aptate vestras



lampades : eccè sponsus ve-nit; e-xi-te



ob-vi-àm e- i. Magnificat. 4.

℣. Adducentur Regi Virgines post eam.

℟. Proximæ ejus afferentur tibi.

OREMUS. *Oraison.*

DA nobis, quæsumus, Domine Deus noster, sanctarum Virginum & Martyrum *N.* &

N. palmas inceſſabili devotione venerari : ut quas dignâ mente non poſſumus celebrare, humilibus ſaltem frequentemus obſequiis. Per.

Les 2des Vêpres ſont comme les premières.


℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.
℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Dans le concours des Fêtes.

Simile eſt regnum cœlorum, *au Comm. des Stes. Femmes,* *page* 84.

Commun des Saintes Femmes.

A Vêpres.

Ant. 


DUm eſ- ſet Rex in accubi-tu



ſu-o, nardus mea de- dit o-



dorem ſu- a- vi- tatis. *Pſ.* Dixit Dnus. 3.



Ant. In odo- rem unguentorum tuo-rum



currimus: a- do-leſcentu-læ di-le-xe-runt






IMAGE EVALUATION
TEST TARGET (MT-3)

6"




2.8
2.5
3.2
2.2
3.6
4.0
2.0
1.8



1.1
1.0


te nimis. *Ps.* Laudate, pueri. 4 *ton.*
Ant. Jam hy-ems tran-si-it, imber
a bi-it, & re-cessit: sur-ge, ami-ca
me- a, & ve- ni. *Ps.* Lætatus. 8.
Ant. Veni, e- lecta me- a, & po-
nam in te thronum me-um, al-
le- luia. *Ps.* Nisi Dominus. 1 *ton.*
Ant. Ista est spe ci-o- sa inter
fi- li-as Je- ru- salem.



Ps. Lauda, Jerusalem. 3 *ton.*

Pour une Martyre.

Capitule. Eccli. 15.


CONFITEBOR tibi, Domine Rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adjutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione.

Pour une Veuve.


Capitule Prov. 31.

MULIEREM fortem quis inveniet? procul & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in eâ cor viri sui, & spoliis non indigebit.


Hymne.




FOrtem vi- ri-li pec-to-re



Laude-mus om nes fœ-minam,



Quæ sancti- ta- tis glo- ri-â



Ubique ful- get incly-ta.

Hæc Christi amore saucia,
Dum mundi amorem noxium

Horreſcit, ad cœleſtia
Iter peregit arduum.
 Carnem domans jejuniis,
Dulcique mentem pabulo
Orationis nutriens,
Cœli potitur gaudiis.
 Rex Chriſte, virtus fortium,
Qui magna ſolus efficis,
Hujus precatu, quæſumus,
Audi benignus ſupplices.
 Deo Patri ſit gloria,
Ejuſque ſoli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Et nunc, & in perpetuum. Amen.

℣. Specie tuâ, & pulchritudine tuâ.
℟. Intende, proſperè procede, & regna.

A Magnificat.

Ant.




& compa-ra-vit e am. Magnificat. 8.

Pour une Martyre

ORemus. *Oraiſon.*

DEUS, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula, etiam in ſexu fragili victoriam Martyrii contuliſti : concede propitius, ut qui beatæ *N.* Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Pour pluſieurs Martyres.

ORemus. *Oraiſon.*

DA nobis, quæſumus, Domine Deus noſter, ſanctarum Martyrum *N.* & *N.* palmas inceſſabili devotione venerari : ut quas dignâ mente non poſſumus celebrare, humilibus ſaltem frequentemus obſequiis. Per Dominum.

Pour une Veuve.—ORemus. *Oraiſon.*

EXAUDI nos, Deus ſalutaris noſter, ut ſicut de beatæ *N*, feſtivitate gaudemus, ità piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum,


Aux II Vêpres comme aux I.

℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.


℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

A Magnificat.


Ant.




MAnum ſu- am a-peru-it i-




no-pi, & pal-mas ſu- as exten-



dit ad pau- perem, & pa-



nem o-ti- o- ſa non co- medit.



Magnificat. 8 *ton.* *p.* 10.

L'Oraiſon comme aux I. Vêpres.

Dans le concours des Fêtes.



DAte e- i de fruc-tu



ma-nu-um ſu- arum, & lau-dent




e- am in por-tis o- pera ejus. 7

Commun de la Dédicace d'une Egliſe.


Aux I Vêpres.

Ant.




DOmum tu-am, Do- mine, de-cet


ſanc-ti-tu-do, in longi-tudinem di-
erum. *Pſ.* Dixit Dominus. 7 *ton.*
Ant. Domus me-a, do-mus o-rati-
o-nis vo-ca-bi-tur. *Pſ.* Confitebor tibi. 1.
Ant. Hæc eſt domus Domi-ni fir-
miter æ-di-fi-ca-ta, be-nè funda-
ta eſt ſu-prà firmam petram.
Pſ. Beatus vir. 1. *Ant.* Be-nè
fun-da-ta eſt do-mus Domi-ni ſu-



prà fir-mam petram *Ps.* Laudate pueri. 8



Ant. Lapi-des pre-ti-o-si, omnes mu-



ri tu- i, & tur-res Je-ru- sa-



lem gemmis æ-di-fi-ca-buntur.




Ps. Lauda Jerusalem. 2 *ton.*

Capitule. Apoc. 21.

VIDI civitatem sanctam Jerusalem novam, descendentem de cœlo à Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo.

Hym.



URbs Je- rù-salem be-a- ta,



Dic-ta pacis vi- si- o,



Quæ constru-i-tur in cœ- lis,



Nova veniens è cœlo,
Nuptiali thalamo,
Præparata ut ſponſata
Copuletur Domino ;
Plateæ & muri ejus
Ex auro puriſſimo.
Portæ nitent margaritis,
Adytis patentibus ;
Et virtute meritorum
Illùc introducitur,
Omnis qui ob Chriſti nomen
Hìc in mundo premitur.
Tunſionibus, preſſuris
Expoliti lapides,
Suis coaptantur locis
Per manus artificis ;
Diſponuntur permanſuri
Sacris ædificiis.
Gloria & honor Deo
Uſquequaque Altiſſimo,
Unà Patri Filioque,
Inclyto Paraclito,

Cui laus est & potestas
Per æterna secula. Amen.

℣. Hæc est domus Domini firmiter ædificata.
℟. Benè fundata est suprà firmam petram.

A Magnificat.



Le jour de l'Anniversaire de la Dédicace d'une Eglise, & pendant l'Octave.

OREMUS. *Oraison.*

DEUS, qui nobis per singulos annos hujus sancti Templi tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysteriis repræsentas incolumes : exaudi preces populi tui, & præsta, ut quisquis hoc Templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur. Per Dominum nostrum.

Aux II. Vêpres, les Antiennes, les Ps. le Capit. & l'Hymne des I. Vêpres.

V. Domum tuam, Domine, decet sanctitudo.
℟. In longitudinem dierum.


A Magnificat.



Office de la Sainte Vierge.

A Vêpres.




de-ò di-le-xit me Rex, & introdu-
xit me in cu-bi- culum su-um.
Ps. Lætatus sum. 3. Ant. Jam hyems
tran-si-it, im-ber a-bi-
sur-ge a-mica me- a,
Ps. Nisi Dominus. 8. Ant.
fac- ta es, & su- avis
li-ci-is tu- is, sancta De-
nitrix. Ps. Lauda Jerusalem. 4 ton.

Capitule. Eccl. 24.

AB initio & antè ſecula creata ſum, & uſquè ad futurum ſeculum non deſinam, & in habitatione ſanctâ coram ipſo miniſtravi.

℟. Deo gratias.

Hymne.



Sumens illud Ave,
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.
Solve vincla reis;
Profer lumen cæcis:
Mala noſtra pelle;
Bona cuncta poſce.
Monſtra te eſſe matrem:
Sumat per te preces,
Qui pro nobis Natus
Tulit eſſe tuus.
Virgo ſingularis,

Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolutos,
Mites fac & caſtos.
  Vitam præſta puram;
Iter para tutum:
Ut videntes Jeſum,
Semper collætemur.
  Sit laus Deo Patri,
Summo Chriſto decus,
Spiritui ſancto;
Tribus honor unus. Amen.

℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.
℟. Proptereà benedixit te Deus in æternum.

A Magnificat.



Oraiſon propre.


PROPRE DU TEMS.

Le I. Dimanche de l'Avent.

A Vêpres.




Ant. Ecce Domi-nus veni-et, & om-
nes ſancti ejus cum e-o, &
e-rit in di-e il-lâ lux magna,
al- le-lu-ia. Pſ. Beatus vir. 5.
Ant. Om- nes ſi-ti-en- tes, ve-nite
ad aquas: quæ- ri-te Do- minum
dum in veni-ri po-teſt, al- le luia.
Pſ. Laudate pueri. 7. Ant. Ec-cè ve-
ni-et Pro-pheta magnus, & ip- ſe



re-no-va- bit Je-ru-ſa- lem, al-le- lu-ia.




Pſ. In exitu Iſraël. 4 *ton.*


Capitule. Rom. 13.

FRatres : Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere ; nunc enim propior eſt noſtra ſalus quàm cùm credidimus. ℟. Deo gratias.


Hym.




COn-di-tor al-me ſi-derum,



Dixi iniquis: Nolite iniquè agere; * et delinquentibus, Nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu vestrum; * nolite loqui adversùs Deum iniquitatem.


Quià neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus; * quoniam Deus judex est.

Hunc humiliat, et hunc exaltat; * quià calix in manu Domini vini meri plenus misto.

Et inclinavit ex hoc in hoc; verumtamen fæx ejus non est exinanita: * bibent omnes peccatores terræ.

Ego autem annuntiabo in seculum: * cantabo Deo Jacob.


Et omnia cornua peccatorum confringam: * et exaltabuntur cornua justi.




Ant. Di-xi i-ni-quis: No-li-te lo-qui



adversùs Deum, & principem tem-



Ant. Terra tremuit



e u o u a e. 8 *ton.*

Psaume 75.

NOtus in Judæa Deus: * in Israël magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus, * & habitatio ejus in Sion.

Ibi confregit potentias arcuum, * scutum, gladium & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum, * & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tuâ, Deus Jacob, * dormitaverunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? * ex tunc ira tua.

De cœlo auditum fecisti judicium; * terra tremuit, & quievit.


Cùm exurgeret in judicium Deus, * ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi; * & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Ant. S

Vovete, & reddite Domino Deo veſtro, * omnes qui in circuitu ejus affertis munera :

Terribili, & ei qui aufert ſpiritum principum, * terribili apud omnes Reges terræ.



Pſalmus 76.

VOce mea ad Dominum clamavi; * voce mea ad Deum, & intendit mihi.

In die tribulationis meæ Deum exquiſivi, manibus meis nocte contra eum; * et non ſum deceptus.

Renuit conſolari anima mea : * memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum ; * & defecit ſpiritus meus.

Anticipaverunt vigilias oculi mei; * turbatus ſum, & non ſum locutus.

Cogitavi dies antiquos ; * & annos æternos in mente habui.

Et meditatus ſum nocte cum corde meo ; * & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.

Numquid in æternum projiciet Deus : * aut non apponet ut complacitior sit adhuc ?

Aut in finem misericordiam suam abscindet, * à generatione in generationem ?

Aut obliviscetur misereri Deus ? * aut continebit in ira sua misericordias suas ?

Et dixi, Nunc cœpi : * hæc mutatio dexteræ Excelsi.

Memor fui operum Domini : * quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in omnibus operibus tuis ; * & in adinventionibus tuis exercebor.

Deus in sancto via tua ; quis Deus magnus sicut Deus noster ? * tu es Deus, qui facis mirabilia.

Notam fecisti in populis virtutem tuam ; * redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob & Joseph.

Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ ; * & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum ; * vocem dederunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ transeunt ; * vox tonitrui tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ ; * commota est, & contremuit terra.

In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis ; * & vestigia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oves populum tuum, * in manu Moysi & Aaron.




Ant. In di- e tribula- ti- o- nis

Ant.



me-æ. Deum ex-qui-si- vi ma-



ni-bus me-is

℣. Exurge, Domine.

℟. Et judica causam meam.

LEÇON VII.

De Epistolâ primâ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Ch. 11.

HOc præcipio; non laudans quod non in melius, sed in deterius convenitis. Primùm quidem, convenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Convenientibus ergò vobis in unum, jam non est Dominicam cœnam manducare. Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum: Et alius quidem esurit; alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? Aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo.

℟. 7.



E- Ram quasi ag-



nus in- nocens: duc- tus sum


ad im- mo- lan- dum, et ne-
ci-e- bant: con-ci- li-um fe-
ce- runt i- ni-mi-ci me- i
ad- versum me, di- cen- tes: * Ve-ni-
te, mit-ta-mus lig-num in pa-nem
e- jus, et e-ra-da- mus e-
um de ter-ra vi-
ven- ti- um. ℣. Om- nes
i-ni-mi-ci me-i adver-sum me co-




gi-ta-bant ma-la mi- hi ver- ba



bum i-ni-quum man-da-verunt ad-ver-



sùm me, di- cen- tes:




Ve-ni- te.


LEÇON VIII.

EGo enim accépi à Dómino, quod & trádidi vobis, quóniam Dóminus Jesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, & grátias agens, fregit, & dixit: Accípite & manducáte: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradétur: hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter & Cálicem, postquam cœnávit, dicens: Hic Calix novum Testaméntum est in meo sánguine: hoc fácite quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem. Quotiescúmque enim manducábitis Panem hunc, & Cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis donec véniat.

℟. 8.




U- Na ho- ra non



po-tu- is- tis vigi-la- re


cum, qui ex-hor-
te-ba-
pro
non
in-tro-




LEÇON

Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit cálicem Dómini indígnè, reus erit córporis & sánguinis Dómini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de cálice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat, & bibit, non dijúdicans corpus Dómini. Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmet ipsos dijudicarémus, non utique judicarémur. Dùm judicamur autem, à Dómino corrípimur, ut non cum hoc mundo damnémur. Itaque, fratres mei, cùm convenitis ad manducandum, invicem expectáte. Si quis esurit, domi manducet; ut non in judicium conveniátis. Cætera autem, cùm venero, dispónam.

℟.





e u o u a e. 8 ton.

Pseaume 50.

Miserere mei, Deus, * fecundùm magnam misericordiam tuam.

Et fecundùm multitudinem miferationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate meâ, * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum; * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me, Domine, hyssopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam; * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis; * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus; * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tuâ; * & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui; * & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas; * & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ; * & exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies; * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique; * holocaustis non delectaberis.


Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum & humiliatum, Deus, non despicies.


Benignè fac, Domine, in bonâ voluntate tuâ Sion; * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: ✱ tunc imponent super altare tuum vitulos.



Ant. Justi ... coram Deo ... sic, in ...





... ju di ce ...



Ant. Do- minus. e u o u a e.

Psalmus 89.

DOmine, refugium factus es nobis ✱ à generatione in generationem.

Priusquam montes fierent, aut formaretur terra et orbis: ✱ à seculo et usque in seculum tu es Deus.

Ne avertas hominem in humilitatem: ✱ et dixisti: Convertimini, filii hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos, ✱ tanquam dies hesterna quæ præteriit.

Et custodia in nocte, ✱ quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

Mane sicut herba transeat, mane floreat, et transeat: ✱ vespere decidat, induret, et arescat.

Quia defecimus in ira tua: ✱ et in furore tuo turbati sumus.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, * seculum nostrum in illuminatione vultûs tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt; * et in irâ tuâ defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur: * dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni; * et ampliùs eorum labor et dolor.

Quoniam supervenit mansuetudo; * et corripiemur.

Quis novit potestatem iræ tuæ; * et præ timore tuo iram tuam dinumerare?

Dexteram tuam sic notam fac; * et eruditos corde in sapientiâ.


Convertere, Domine, usquequò? * et deprecabilis esto super servos tuos.

Repleti sumus mane misericordiâ tuâ; * et exultavimus, et delectati sumus omnibus diebus nostris.

Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, * annis, quibus vidimus mala.

Respice in servos tuos, et in opera tua; * et dirige filios eorum.


Et sit splendor Domini Dei nostri super nos; * et opera manuum tuarum dirige super nos, et opus manuum nostrarum dirige.




Ant. Do- minus tanquam o- vis ad



vic- timam ductus est, et non a-



pe-ru-it os ſu-um.



Ant. Contritum eſt. æ u o u a e. 8.

PSEAUME. 62.

DEus, Deus meus, * ad te de luce vigilo.
Sitivit in te anima mea: * quàm multipliciter tibi caro mea.

In terrâ deſertâ & inviâ & inaquoſâ: * ſic in ſancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vitâ meâ; * & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea; * & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tuî ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te; * quià fuiſti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo; adhæſit anima mea poſt te: * me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi verò in vanum quæſierunt animam meam; introibunt in inferiora terræ: * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo; laudabuntur omnes qui jurant in eo; * quià obſtructum eſt os loquentium iniqua.

Proc. T

PSEAUME 66.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis ; * illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terrâ viam tuam, * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi, Deus ; * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes ! * quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terrâ dirigis.

Confiteantur tibi populi, Deus ; confiteantur tibi populi omnes : * terra dedit fructum suum.


Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus ; * & metuant eum omnes fines terræ.




Ant. Contritum est cor meum in



medi-o me- i ; contremu-e-runt om-



ni-a os- sa me-a.



Ant. Exhorta- tus es. æ u o u a e.

Cantique de Moyse. Exod. 15.

CAntemus Domino ; gloriosè enim magnificatus est ; * equum & ascensorem dejecit in mare.

Fortitudo mea & laus mea Dominus; * & factus est mihi in salutem.

Iste Deus meus, & glorificabo eum; * Deus patris mei, & exaltabo eum.

Dominus quasi vir pugnator, Omnipotens nomen ejus; * currus Pharaonis & exercitum ejus projecit in mare.

Electi Principes ejus submersi sunt in mari Rubro, abyssi operuerunt eos: * descenderunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine; dextera tua, Domine, percussit inimicum; * & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti adversarios tuos.

Misisti iram tuam, quæ devoravit eos sicut stipulam; * & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ.

Stetit unda fluens: * congregatæ sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus: Persequar & comprehendam; * dividam spolia; implebitur anima mea.

Evaginabo gladium meum: * interficiet eos manus mea.

Flavit spiritus tuus, & operuit eos mare: * submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus, Domine? quis similis tui, * magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam, & devoravit eos terra: * dux fuisti in misericordiâ tuâ populo quem redemisti.

Et portasti eum in fortitudine tuâ, * ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi, & irati sunt: * dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim.

Tunc conturbati sunt Principes Edom; robustos Moab obtinuit tremor: * obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido & pavor, * in magnitudine brachii tui.

Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus, Domine; * donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.

Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ; * firmissimo habitaculo tuo quod operatus es, Domine:

Sanctuarium tuum, Domine, quod firmaverunt manus tuæ: * Dominus regnabit in æternum, & ultrà.

Ingressus est enim eques Pharao cum curribus & equitibus ejus in mare; * & reduxit super eos Dominus aquas maris.

Filii autem Israël ambulaverunt per siccum, * in medio ejus.





Ant. Obla- tus est [illegible]
[illegible]

Laudate Dominum de cœlis: * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol & luna: * laudate eum omnes stellæ & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum: * & aquæ omnes quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: * præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra, * dracones & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, * quæ faciunt verbum ejus.

Montes & omnes colles, * ligna fructifera & omnes cedri.

Bestiæ & universa pecora, * serpentes & volucres pennatæ.

Reges terræ & omnes populi, * principes & omnes judices terræ.

Juvenes & virgines, senes cum junioribus, laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum & terram: * & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: * filiis Israël

populo appropinquanti sibi.

Pseaume 149.

CAntate Domino canticum novum : * laus ejus in ecclesiâ Sanctorum.

Lætetur Israël in eo qui fecit eum : * & filii Sion exultent in Rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo ; * & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in gloriâ : * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum : * & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus, * increpationes in populis.

Ad alligandos Reges eorum in compedibus, * & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

Pseaume 150.

LAudate Dominum in sanctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus, * laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.


Laudate eum in sono tubæ : * laudate eum in psalterio & cytharâ.

Laudate eum in tympano & choro : * laudate eum in chordis & organo.


Laudate eum in cymbalis benesonantibus ; laudate eum in cymbalis jubilationis : * omnis spiritus laudet Dominum.



Ant. Obla- tus est, quia ipse vo-



lu-it, & pecca- ta nostra ip- se



por- ta-vit.

Il n'y a ni Capitule ni Hymne.


℣. Homo pacis meæ, in quo speravi.

℟. Qui edebat panes meos, ampliavit adversùm me supplantationem.

A Benedictus



Ant. Tradi-tor au- tem.



æ u o u a e. *1 ton.*

Cantique de Zacharie. S. Luc. 1.

BEnedictus Dominus Deus Israel, * quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis, * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os Sanctorum, * qui à seculo sunt, Prophetarum ejus :

Salutem ex inimicis nostris, * & de manu omnium qui oderunt nos :

Ad faciendam misericordiam cum patribus

nostris, * & memorati testamenti sui sancti ;

Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis :

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi,


In sanctitate & justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis : * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, * in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri, * in quibus visitavit nos Oriens ex alto ;

Illuminare his, qui in tenebris & in umbra mortis sedent, * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.



Après Benedictus, *on chante à genoux le verset suivant.*







Quand ce Verset est fini, on dit Pater tout bas; ensuite le Pseaume Miserere *page 219. après quoi on dit l'Oraison suivante, sans dire* Oremus.

RESpice, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam, pro quâ Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium & Crucis subire tormentum, *Mais* Qui tecum vivit, &c, *se dit en silence.*

A PRIME. Pseaume 53.

DEus, in nomine tuo salvum me fac: & in virtute tuâ judica me.

Deus, exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversùm me, & fortes quæsierunt animam meam: & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me: & Dominus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis: & in veritate tuâ disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

Pseaume 118.

Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

Beati qui scrutantur testimonia ejus: in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem: in viis ejus ambulaverunt.

Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis.

Utinam dirigantur viæ meæ: ad custodiendas justificationes tuas.

Tunc non confundar, cùm perspexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici judicia justitiæ tuæ.

Justificationes tuas custodiam: non me derelinquas usquequaque.

In quo corrigit adolescentior viam suam: in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisivi te: ne repellas me à mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi.

Benedictus es, Domine: doce me justificationes tuas.

In labiis meis: pronuntiavi omnia judicia oris tui.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus divitiis.

In mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas.

In justificationibus tuis meditabor: non obliviscar sermones tuos.

Retribue servo tuo, vivifica me: & custodiam sermones tuos.

Revela oculos meos : & considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra : non abscondas à me mandata tua.

Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore.

Increpasti superbos : maledicti qui declinant à mandatis tuis.

Aufer à me opprobrium & contemptum : quia testimonia tua exquisivi.

Etenim sederunt Principes, & adversum me loquebantur : servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

Nam & testimonia tua meditatio mea est : & consilium meum justificationes tuæ.

Adhæsit pavimento anima mea : vivifica me secundùm verbum tuum.

Vias meas enunciavi, & exaudisti me : doce me justificationes tuas.

Viam justificationum tuarum instrue me : & exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea præ tædio : confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove à me : & de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elegi : judicia tua non sum oblitus.

Adhæsi testimoniis tuis, Domine : noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri : cùm dilatasti cor meum.

Après les Pseaumes, on dit le ℣. Christus, à genoux, le Pseaume Miserere, & l'Oraison Respice cy-devant à Laudes.

A TIERCE. Pseaume 118.

LEgem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum : & exquiram eam semper.

Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam : & custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum : quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua : & non in avaritiam.

Averte oculos meos ne videant vanitatem : in viâ tuâ vivifica me.

Statue servo tuo eloquium tuum : in timore tuo.

Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum : quià judicia tua jucunda.

Ecce concupivi mandata tua : in æquitate tuâ vivifica me.

Et veniat super me misericordia tua, Domine : salutare tuum secundùm eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantibus mihi verbum : quià speravi in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque : quià in judiciis tuis supersperavi.

Et custodiam legem tuam semper : in seculum & in seculum seculi.

Et ambulabam in latitudine : quià mandata tua exquisivi.

Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum : & non confundebar.

Et meditabar in mandatis tuis : quæ dilexi.

Et levavi manus meas ad mandata tua quæ dilexi : & exercebar in justificationibus tuis.

MEmor esto verbi tui servo tuo : in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate meâ: quià eloquium tuum vivificavit me.

Superbi iniquè agebant usquequaque: à lege autem tuâ non declinavi.

Memor fui judiciorum tuorum à seculo, Domine: & consolatus sum.

Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant justificationes tuæ: in loco peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nominis tui, Domine: & custodivi legem tuam.

Hæc facta est mihi: quià justificationes tuas exquisivi.

Portio mea, Domine: dixi custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundùm eloquium tuum.

Cogitavi vias meas: & converti pedes meos in testimonia tua.

Paratus sum, & non sum turbatus: ut custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.

Mediâ nocte surgebam ad confitendum tibi: super judicia justificationis tuæ.

Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua.

Misericordiâ tuâ, Domine, plena est terra: justificationes tuas doce me.

BOnitatem fecisti cum servo tuo, Domine: secundùm verbum tuum.

Bonitatem & disciplinam, & scientiam doce

me: quià mandatis tuis credidi.

Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodivi.

Bonus es tu: & in bonitate tuâ doce me justificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi quià humiliasti me: ut discam justificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui: super millia auri & argenti.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me: da mihi intellectum, & discam mandata tua.

Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur: quià in verba tua supersperavi.

Cognovi, Domine, quià æquitas judicia tua: & in veritate tuâ humiliasti me.

Fiat misericordia tua ut consoletur me: secundùm eloquium tuum servo tuo.

Veniant mihi miserationes tuæ, & vivam: quià lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi, quià injustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

Convertantur mihi timentes te: & qui noverunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis: ut non confundar.

℣. Christus *& le reste comme à Prime.*

A SEXTE. Pseaume 118.

DEfecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum supersperavi.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes, Quando conſolaberis me?

Quià factus ſum ſicut uter in pruinâ, juſtificationes tuas non ſum oblitus.

Quot ſunt dies ſervi tui: Quando facies de perſequentibus me judicium?

Narraverunt mihi iniqui fabulationes; ſed non ut lex tua.

Omnia mandata tua veritas; iniquè perſecuti ſunt me, adjuva me.

Paulò minus conſummaverunt me in terrâ: ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundùm miſericordiam tuam vivifica me: & cuſtodiam teſtimonia oris tui.

In æternum, Domine: verbum tuum permanet in cœlo.

In generationem & generationem veritas tua: fundaſti terram, & permanet.

Ordinatione tuâ perſeverat dies: quoniam omnia ſerviunt tibi.

Niſi quod lex tua meditatio mea eſt: tunc fortè periiſſem in humilitate meâ.

In æternum non obliviſcar juſtificationes tuas: quià in ipſis vivificaſti me.

Tuus ſum ego, ſalvum me fac: quoniam juſtificationes tuas exquiſivi.

Me expectaverunt peccatores ut perderent me: teſtimonia tua intellexi.

Omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

QUomodò dilexi legem tuam, Domine: totâ die meditatio mea eſt.

Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quià in æternum mihi eſt.

Super omnes docentes me intellexi: quià teſti-

monia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi: quià mandata tua quæsivi.

Ab omni viâ malâ prohibui pedes meos: ut custodiam verba tua.

A judiciis tuis non declinavi: quià tu legem posuisti mihi.

Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo.

A mandatis tuis intellexi: propterea odivi omnem viam iniquitatis.

Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis.

Juravi & statui: custodire judicia justitiæ tuæ.

Humiliatus sum usquequaque, Domine: vivifica me secundùm verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine: & judicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erravi.

Hæreditate acquisivi testimonia tua in æternum: quià exultatio cordis mei sunt.

Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum: propter retributionem.

INiquos odio habui: & legem tuam dilexi.

Adjutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperavi.

Declinate à me, maligni: & scrutabor mandata Dei mei.

Suscipe me secundùm eloquium tuum, & vivam: & non confundas me ab expectatione meâ.

Adjuva me & salvus ero: & meditabor in jus-

tificationibus tuis semper.

Sprevisti omnes discedentes à judiciis tuis: quià injusta cogitatio eorum.

Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: ideò dilexi testimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas: à judiciis enim tuis timui.

Feci judicium & justitiam: non tradas me calumniantibus me.

Suscipe servum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium justitiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secundùm misericordiam tuam: & justificationes tuas doce me.

Servus tuus sum ego: da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.

Tempus faciendi, Domine: dissipaverunt legem tuam.

Ideò dilexi mandata tua: super aurum & topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

℣. Christus *& le reste comme à Prime.*

A NONE. Pseaume 118.

Mirabilia testimonia tua: ideò scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat parvulis.

Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.

Aspice in me & miserere mei, secundùm judi-

cium diligentium nomen tuum.

Greſſus meos dirige ſecundùm eloquium tuum: & non dominetur meî omnis injuſtitia.

Redime me à calumniis hominum: ut cuſtodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum: & doce me juſtificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.

Juſtus es, Domine: & rectum judicium tuum.

Mandaſti juſtitiam teſtimonia tua: & veritatem tuam nimis.

Tabeſcere me fecit zelus meus: quià obliti ſunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer: & ſervus tuus dilexit illud.

Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus: juſtificationes tuas non ſum oblitus.

Juſtitia tua, juſtitia in æternum: & lex tua veritas.

Tribulatio & anguſtia invenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.

Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & vivam.

CLamavi in toto corde meo; exaudi me, Domine: juſtificationes tuas requiram.

Clamavi ad te, ſalvum me fac: ut cuſtodiam mandata tua.

Præveni in maturitate, & clamavi: quià in verba tua ſuperſperavi.

Prævenerunt oculi mei ad te diluculo: ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi ſecundùm miſericordiam tuam, Domine: & ſecundùm judicium tuum vivifica me.

Appropinquaverunt perſequentes me iniquitati : à lege autem tuâ longè facti ſunt.

Propè es tu, Domine : & omnes viæ tuæ veritas.

Initiò cognovi de teſtimoniis tuis : quia in æternum fundaſti ea.

Vide humilitatem meam, & eripe me : quia legem tuam non ſum oblitus.

Judica judicium meum, & redime me : propter eloquium tuum vivifica me.

Longè à peccatoribus ſalus : quia juſtificationes tuas non exquiſierunt.

Miſericordiæ tuæ multæ, Domine : ſecundùm judicium tuum vivifica me.

Multi qui perſequuntur me, & tribulant me : à teſtimoniis tuis non declinavi.

Vidi prævaricantes, & tabeſcebam : quia eloquia tua non cuſtodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi, Domine : in miſericordiâ tuâ vivifica me.

Principium verborum tuorum veritas : in æternum omnia judicia juſtitiæ tuæ.

PRincipes perſecuti ſunt me gratis : & à verbis tuis formidavit cor meum.

Lætabor ego ſuper eloquia tua : ſicut qui invenit ſpolia multa.

Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum ; legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi : ſuper judicia juſtitiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam : & non eſt illis ſcandalum.

Expectabam ſalutare tuum, Domine : & mandata tua dilexi.

Custodivit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.

Servavi mandata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, Domine: juxtà eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundùm eloquium tuum eripe me.

Eructabunt labia mea hymnum, cùm docueris me justificationes tuas.

Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum: quià omnia mandata tua æquitas.

Fiat manus tua ut salvet me: quoniam mandata tua elegi.

Concupivi salutare tuum, Domine: & lex tua meditatio mea est.

Vivet anima mea, & laudabit te: & judicia tua adjuvabunt me.

Erravi sicut ovis quæ periit: quære servum tuum, quià mandata tua non sum oblitus.

℣. Christus &c. *le reste comme à Prime.*

A VEPRES

Ant. Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.

Pseaume. Credidi propter quod, *p.* 36.

Ant. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

Pseaume 119.

AD Dominum cùm tribularer, clamavi: & exaudivit me.

Domine, libera animam meam à labiis iniquis: & à linguâ dolosâ.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi : ad linguam doloſam ?

Sagittæ potentis acutæ : cum carbonibus deſolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt : habitavi cum habitantibus Cedar ; multùm incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus : cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

Ant. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus : cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

Ant. Ab hominibus iniquis libera me, Domine.

PSEAUME 139.

ERipe me, Domine, ab homine malo : à viro iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde : totâ die conſtituebant prælia.

Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentis : venenum aſpidum ſub labiis eorum.

Cuſtodi me, Domine, de manu peccatoris ; & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt ſupplantare greſſus meos : abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum : juxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.

Dixi Domino, Deus meus es tu : exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ.

Domine, Domine, virtus ſalutis meæ : obumbraſti ſuper caput meum in die belli.

Ne tradas me, Domine, à deſiderio meo peccatori : cogitaverunt contrà me ; ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.

Caput circuitûs eorum : labor labiorum ipſorum operiet eos.

Cadent super eos carbones, in ignem dejicies eos: in miseriis non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in terra: virum injustum mala capient in interitu.

Cognovi quià faciet Dominus judicium inopis: & vindictam pauperum.

Verumtamen justi confitebuntur Nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

Ant. Ab hominibus iniquis libera me, Domine.

Ant. Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem.

Pseaume [illegible]

DOmine, clamavi ad te, exaudi me: intende voci meæ, cùm clamavero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Pone, Domine, custodiam ori meo: & ostium circumstantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ: ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me justus in misericordiâ, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhùc & oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt juncti petræ judices eorum.

Audient verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secùs infernum: quià ad te, Domine, Domine, oculi mei: in te speravi, non auferas animam meam.

Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo ejus peccatores: singulariter sum ego, donec transeam.

Ant. Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem.

Ant. Considerabam ad dexteram, & videbam; & non erat qui cognosceret me.

Pseaume 141.

Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Dominum deprecatus sum.

Effundo in conspectu ejus orationem meam: & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum: & tu cognovisti semitas meas.

In via hac qua ambulabam: absconderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognosceret me.

Periit fuga à me: & non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te, Domine: dixi, Tu es spes mea, portio mea in terrâ viventium.

Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.

Libera me à persequentibus me: quia confortati sunt super me.

Educ de custodiâ animam meam ad confitendum Nomini tuo: me expectant justi donec retribuas mihi.

Ant. Considerabam ad dexteram, & videbam; & non erat qui cognosceret me.

Ant. Cœnantibus autem illis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque Discipulis suis.

Pseaume. Magnificat, p. 10.


℣. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem. *Tout bas,* Pater. *Pseaume* Miserere, *p.* 213. *Oraison,* Respice, *p.* 225.


A Complies, après la Confession & l'Absolution on commence immediatement par le Ps. Cùm invocarem. *Après les Ps. on dit le Cant.* Nunc dimittis. *Ensuite le* ℣. Christus factus est. *& le reste comme à Laudes.*

Le Vendredi Saint.

On dit tout bas Pater, Ave & Credo :

Au I. Nocturne.





QUare fremuerunt gentes ; * & populi meditati sunt inania ?

Astiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum ; * adversùs Dominum & adversùs Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum ; * & projiciamus à nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cœlis, irridebit eos ; * & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in irâ suâ ; * & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me, * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, * & possessionem tuam terminos terræ.


Reges eos in virgâ ferreâ; * & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc, Reges, intelligite: * erudimini, qui judicatis terram.

Servite Domino in timore; * & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, * & pereatis de viâ justâ.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes qui confidunt in eo.



PSEAUME 21.

DEus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? * longè à salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies: * & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, * laus Israel.

In te speraverunt patres nostri: * speraverunt & liberasti eos.

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: * in te speraverunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo: * opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: * locuti sunt labiis, & moverunt caput.

Speravit in Domino: eripiat eum: * salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: * spes mea ab uberibus matris meæ.

In te projectus sum ex utero: * de ventre matris meæ Deus meus es tu, ne discesseris a me.

Quoniam tribulatio proxima est: * quoniam non est qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi: * tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, * sicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua effusus sum: * & dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera liquescens, * in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: * & in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi: * concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas & pedes meos: * dinumeraverunt omnia oſſa mea.

Ipſi verò conſideraverunt & inſpexerunt me: * diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum à me: * ad defenſionem meam conſpice.

Erue à framea, Deus, animam meam: * & de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore leonis, * & à cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: * in medio Eccleſiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum: * univerſum ſemen Jacob, glorificate eum.

Timeat eum omne ſemen Iſraël: * quoniam non ſprevit, neque deſpexit deprecationem pauperis:

Nec avertit faciem ſuam à me: * & cùm clamarem ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mea in Eccleſiâ magnâ: * vota mea reddam in conſpectu timentium eum.

Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum: * vivent corda eorum in ſeculum ſeculi.

Reminiſcentur, & convertentur ad Dominum, * univerſi fines terræ.


Et adorabunt in conſpectu ejus * univerſæ familiæ gentium.

Manducaverunt, & adoraverunt omnes pingues terræ: * in conſpectu ejus cadent omnes qui deſcendunt in terram.


Et anima mea illi vivet: * & ſemen meum ſerviet ipſi.

Ant.


Annuntiabitur Domino generatio ventura; * & annuntiabunt cœli justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus.



Ant. Di-vi-serunt si-bi vesti-menta



me-a: & super ves-tem me- am



mi-* se-runt fortem. *Ant.* Insurrexe-runt



in me. æ u o u a e. 8 *ton.*

PSEAUME. 26.

DOminus illuminatio mea, & salus mea: * quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: * à quo trepidabo?

Dùm appropiant super me nocentes, * ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, * ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Si consistant adversùm me castra, * non timebit cor meum.

Si exurgat adversùm me prælium, * in hoc ego sperabo.

Unam petii à Domino, hanc requiram; * ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ:

Ut videam voluptatem Domini, * & visitem templum ejus.

Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

In petrâ exaltavit me; * & nunc exaltavit caput meum ſuper inimicos meos.

Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hoſtiam vociferationis: * cantabo, & pſalmum dicam Domino.

Exaudi, Domine, vocem meam quâ clamavi ad te: * miſerere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum; exquiſivit te facies mea: * faciem tuam, Domine, requiram.

Ne avertas faciem tuam à me; * ne declines in irâ à ſervo tuo.

Adjutor meus eſto; ne derelinquas me: * neque deſpicias me, Deus, ſalutaris meus.


Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me; * Dominus autem aſſumpſit me.

Legem pone mihi, Domine, in viâ tuâ; * & dirige me in ſemitam rectam propter inimicos meos.


Ne tradideris me in animas tribulantium me; * quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.

Credo videre bona Domini, * in terrâ viventium.


Expecta Dominum; viriliter age: * & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.



Ant. In ſurre-xe-runt in me teſ-tes



i- niqui; & men-ti-ta eſt ini-



vaites si-bi.


℣. Diviserunt sibi vestimenta mea.

℟. Et super vestem meam miserunt sortem.

LEÇON I.




DE lamenta-ti-o-ne Je-remi-æ Pro-



phetæ.




Heth. Cogi-tavit Dominus dis-si-pa-



re murum fi- li-æ Si- on: tetendit




funi-culum su-um, & non avertit manum




su-am à perdi-ti-one: luxitque ante




mu-ra-le, & murus pa-riter dis-sipa-


tus est. *Teth.* De-fixæ
sunt in terrâ portæ e-jus: perdidit,
& contrivit vec-tes e-jus, regem
e-jus & prin-cipes e-jus in gentibus.
Non est lex, & Prophe-tæ e-jus
non inve-nerunt vi-si-onem à Domino.
Jod. Sederunt in ter-
râ, contice-erunt senes fi-li-æ Si-on:
consper-serunt cinere ca- pita su- a,



accincti sunt ci-li-ci-is, abje-cerunt in
terram capi-ta su-a virgines Je-rusalem.
Caph. Defe-cerunt præ
lacrymis o-cu-li me-i, conturbata
sunt visce-ra me-a. Effusum est in
terra jecur meum, super contri-ti-one
fi-li-æ po-pu-li me-i, cùm de-fice-ret
parvulus & lactens in pla-te-is op-
pidi. Jeru-salem, Je-ru-salem,


convertere ad Dominum Deum tu-um.
O-mnes ami-ci mei
de-re- lique- runt me,
& præ- valu-e- runt in-sidi-an-
tes mi- hi: tra-di-dit me, quem
di-lige- bam. * Et ter-ribi- libus
o- culis pla- gâ crude-
li percu- ti-en- tes, a-ce- to


po- ta hanc me.
℣. In-ter i-ni quos pro-jece-
runt me, & non peperce-runt
nimæ me. ✱ Et

LEÇON II.


Lamed.
M a-tribus su-is dixe-
runt: u-bi est tri- ticum & vi-num?
cùm de-ficerent quasi vulne-ra-ti in
plate-is ci-vi-tatis: cùm exha-larent a-
nimas su- as in si-nu matrum su-a-



rum Cu-i compara-
bo te
li-a Je-rusalem
& con-so-la-bor fi-li-a Si-on?
magna velut mare contri-
quis
viderunt tibi falsa,
ape-ri-ebant



te ad poeni-tenti-am provo-carent. Vide-
runt autem ti-bi assumpti-o-nes fal-
sas et eje-cti-ones.
Samech. Plauserunt super te manibus
omnes transe-untes per vi-am si-bi-
la-verunt, et moverunt caput su-um su-
per fi-li-am Jeru-salem: Hæc-cine est
urbs di-cen-tes, perfecti deco-ris, gau-
di-um u-niversæ terræ.


Jeru-salem, Je-ru-salem, converte-re ad
Dominum De-um tuum.
R. 2.
VElum templi scis- sum
est. * Et omnis terra
tre- mu-it: la-tro
de cru- ce clamabat, di-
cens: Memento me, Do-
mine, dum ve- ne-ris
in regnum tu- um.

Ant.



℟. Pe- træ scissæ sunt, & mo-
numenta a- perta sunt, &
mul- ta corpo-ra sanctorum qui
dormi-erant, surre- xe-
runt. Et omnis.
LEÇON III.
Aleph. E -go vir videns pau-
perta-tem me- am, in virgâ indigna-
ti-onis ejus. Aleph. Me
minavit & adduxit in tenebras,


& non in lucem.
A-leph. Tantùm in me ver-tit,
& convertit manum su-am to-tâ di-e.
Beth. Vetustam fecit pel-
lem me-am & carnem me-am contri-
vit ossa me-a. *Beth.* Æ-
di-fica-vit in gy-ro me-o, & cir-
cumdedit me felle & labo-re.
Beth. In tenebrosis col-


lo-ca-vit me qua-si mortu-os sempiter-
nos. Ghimel. Circumaedi-
fi-cavit adversum me ut non egre-
di-ar: aggravavit compedem meum
Ghimel. Sed & cùm cla-
mavero, & ro-gavero, exclu-sit o-
ra-ti-onem meam.
Ghimel. Conclu-sit vi-as me-as lapi-
dibus quadris, semi-tas me-as subvertit.



Jeru-sa-lem, Je-ru-sa-lem conver-
vertere ad Domi-num De-um tu-um.
R. 3
V-Ine-a me-a e-lec-ta,
ego te plan-ta-
vi. * Quo-modò con-ver-sa
es, in a-ma-ri-
tu-di-nem, ut me crucifi-
ge-res, & Barabbam dimitteres?



conspicit-
cum edi-
egre-
meum
cùm ola-
cla-sse io-
subvertit.



Au Second Nocturne.



DOmine, ne in furore tuo arguas me; * neque in irâ tuâ corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi; * & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne meâ à facie iræ tuæ: * non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum; * & sicut onus grave gravatæ sunt

ſuper me.

Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ, * à facie inſipientiæ meæ.

Miſer factus ſum, & curvatus ſum uſque in finem: * totâ die contriſtatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus; * & non eſt ſanitas in carne meâ.

Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis: * rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne deſiderium meum; * & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt; dereliquit me virtus mea; * & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

Amici mei & proximi mei, * adverſùm me appropinquaverunt & ſteterunt.

Et qui juxtà me erant, de longè ſteterunt; * & vim faciebant, qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates; * & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tanquam ſurdus non audiebam; * & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens, * & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te, Domine, ſperavi; * tu exaudies me, Domine Deus meus.

Quià dixi; Nequandò ſupergaudeant mihi inimici mei; * & dùm commoventur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.

Quoniam ego in flagella paratus ſum; * & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo; * & cogitabo pro peccato meo.


Inimici autem mei vivunt & confirmati ſunt ſuper me; * & multiplicati ſunt qui oderunt me


inique.

* Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi ; * quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me, Domine Deus meus : * ne diſceſſeris à me.

* Intende in adjutorium meum, * Domine, Deus ſalutis meæ.





PSEAUME 39.

EXpectans expectavi Dominum, * & intendit mihi.

Et exaudivit preces meas ; * & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.

Et ſtatuit ſuper petram pedes meos ; * & direxit greſſus meos.

Et immiſit in os meum canticum novum, * carmen Deo noſtro.

Videbunt multi, & timebunt ; * & ſperabunt in Domino.

Beatus vir cujus eſt nomen Domini ſpes ejus ; * & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.

Multa feciſti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua ; * & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

Annuntiavi, & locutus sum : * multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium & oblationem noluisti : * aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum & pro peccato non postulasti : * tunc dixi : eccè venio.

In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam : * Deus meus, volui ; & legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi justitiam tuam in ecclesiâ magnâ ; * eccè labia mea non prohibebo ; Domine, tu scisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo : * veritatem tuam, & salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam, * à concilio multo.

Tu autem, Domine, ne longè facias miserationes tuas à me : * misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus : * comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei ; * & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi, Domine, ut eruas me : * Domine, ad adjuvandum me respice.

Confundantur et revereantur simul qui quærunt animam meam, * ut auferant eam.

Convertantur retrorsùm & revereantur, * qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam, * qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exultent & lætentur super te omnes quærentes te ; * & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum & pauper : * Domi-

... sollicitus est mei.

Adjutor meus & protector meus tu es : * Deus meus, ne tardaveris.



Pseaume. Deus, in nomine tuo, *p.* 225.

℣. Insurrexerunt in me testes iniqui :

℟. Et mentita est iniquitas sibi.

LEÇON IV.


Ex tractátu S. Augustini Episcopi super Psalmos *sur le Ps.* 63. ℣. 2.

PRotexisti me, Deus, à conventu malignántium, à multitúdine operántium iniquitá-

tem. Jam ipsum caput nostrum intueámur. Multi Mártyres tália passi sunt: sed nihil sic elúcet, quómodo caput Mártyrum: ibi mélius intuémur, quod illi experti sunt. Protectus est à multitúdine malignántium, protegente se Deo, protegente carnem suam ipso fílio, & hómine quem gerébat: quià fílius hóminis est, & fílius Dei est. Fílius Dei, propter formam Dei: fílius hóminis, propter formam servi: habens in potestáte pónere ánimam suam, & recípere eam. Quid ei potuérunt fácere inimíci? Occidérunt corpus, ánimam non occidérunt. Inténdite. Parùm ergo erat, Dóminum hortári Mártyres verbo, nisi firmáret exemplo.

℟. 4.






LEÇON V.

NOstis qui conventus erat malignántium Judæórum, & quæ multitúdo erat operántium iniquitátem. Quam iniquitátem? Quià voluérunt occídere Dóminum Jesum-Christum. Tanta ópera bona, inquit, ostendi vobis: proptèr quod horum me vultis occídere? Pértulit omnes infirmitátes eórum, curávit omnes lángui-

dos eórum, prædicávit regnum cœlórum, non tácuit vítia eórum; ut ipse pótius eis displicérent, non médicus à quo sanabantur. Hinc ómnibus curatiónibus ejus ingráti, tanquam multâ febre phrenétici insanientes in médicum qui vénerat curáre eos, excogitavérunt consílium perdéndi eum: tanquam ibi voléntes probáre, utrùm verè homo sit, qui mori possit, an áliquid super hómines sit, & mori se non permíttat. Verbum ipsórum agnóscimus in Sapiéntiâ Salomónis: Morte turpíssimâ, inquiunt, condemnémus eum. Interrogémus eum: erit enim respéctus in sermónibus illíus. Si enim verè Fílius Dei est, líberet eum.

℟. 5.




Do-
u-
re-
un,
vi, quid me dere-
li- quif-
ti?
Et in- clina- to ca-
pite,
emi-fit fpi-
ritum.
V. Excla-
mans Jefus voce
magnâ,
a-
it: Pa-
ter, in
manus tu- as commendo fpi-
ritum
me-
um.
Et
in- cli- na- to.


LEÇON VI.

EXacuérunt tamquam gládium linguas suas. Non dicant Judǽi: Non occídimus Christum. Etenim proptéreà eum dedérunt júdici Piláto, ut quasi ipsi à morte ejus viderentur immúnes. Nam cùm dixisset eis Pilátus: Vos eum occídite; respondérunt: Nobis non licet occídere quemquam. Iniquitátem facinoris sui in júdicem hóminem refúndere volébant: sed numquid Deum júdicem fallébant? Quod fecit Pilátus, in eo ipso quod fecit, aliquantùm párticeps fuit: sed in comparatióne illórum, multò ipse innocéntior. Institit enim, quantùm pótuit, ut illum ex eórum mánibus liberáret: nam proptéreà flagellátum prodúxit ad eos. Non persequendo Dóminum flagellávit, sed eórum furóri satisfacere volens: ut vel sic jam mitéscerent, & desínerent velle occídere, cùm flagellátum vidérent. Fecit et hoc. At ubi perseveravérunt, nostis illum lavisse manus, & dixisse, quòd ipse non fecisset; mundum se esse à morte illius. Fecit tamen: sed si reus, quià fecit vel invitus: illi innocentes, qui coëgérunt ut fáceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum senténtiam, & jussit eum crucifigi, & quasi ipse occidit: & vos, ô Judǽi, occidistis. Unde occidistis? Gládio linguæ: acuistis enim linguas vestras. Et quandò percussístis, nisi quandò clamastis: Crucifige, crucifige?

℟. 6.




A. Nimam meam dilec- tum


didi in manus ini- quo-
rum, & fac- ta est mi-
hi haere- ditas me- a si- cut le-o
in syl va: dedit con-
tra me voces adver sa-ri- us, di-cens:
Congrega- mini, & propera-
te ad devorandum il- lum: po su-e-
runt me in deser- to so-li- tu- dinis,
& lu- xit super me omnis



Au troiſième Nocturne.



Ant.




CONcede, quæsumus omnipotens Deus; ut qui hodiernâ die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad cœlos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cœlestibus habitemus. Per.

Le Dim. dans l'Octave de l'Ascension.

Les Vêpres sont comme au jour de la Fête, excepté ce qui suit :

℣. Dominus in cælo, alleluia.
℟. Paravit sedem suam, alleluia.

À Magnificat.



OREMUS. *Oraison.*

Omnipotens sempiterne Deus, fac nos tibi semper & devotam gerere voluntatem, & Majestati tuæ sincero corde servire. Per.

On fait mémoire de l'Ascension, O Rex gloriæ, *ci-dessus.*

℣. Ascendit Deus in jubilatione, alleluia.
℟. Et Dominus in voce tubæ, alleluia.


LE DIMANCHE
DE
LA PENTECOTE.

A MATINES, *Invitatoire.*




lemus e- i. Al- le-lu-ia.
Quoni-am De-us magnus Dominus,
& Rex magnus ſu-per omnes De-os: quo-
niam non repellet Dominus plebem ſuam.
qui-à in manu ejus ſunt omnes fi-
nes ter- ræ: & al-titudines mon-tium
ip-ſe conſ- picit. Ve- nite.
Quoniam ipſi-us eſt ma-re, &
ipſe fecit illud & a-ridam fundave-


runt manus ejus: veni- te, ado-remus,
& procidamus ante Deum: ploremus
coram Domino, qui fecit nos, qui à ip-
se est Dominus Deus nos- ter: nos
autem populus ejus, & o- ves pascu-
æ e- jus. Al- lelu-ia.
Hodi- e non si vocem ejus audi-
e-ri-tis, noli- te obdura- re corda ve-
stra, sicut in exa-cerbati-one secundum


diem tentationis in deserto, u-bi
tentaverunt me patres vestri, proba-
verunt & vide-runt o-pera me-a.
Ve- nite. Quadraginta
annis proximus fui generati-
oni huic & dixi: semper hi
errant corde: ipsi ve-rò non cogno-
verunt vi-as meas, quibus ju-ra-vi in
ira me-a si intro-i-bunt in re-


qui-em me-am. Al- lelu-ia.
Glori-a Patri, & Fi-li-o &
Spi-ri-tu-i fancto : ficut erat in
princi-pi-o, & nunc & femper, &
in fe-cula fecu-lo-rum. Amen.
Ve- ni-te. Al- lelu-ia.
Hymnus.
JAm Chriftus aftra afcenderat,
Re-verfus unde venerat,
Promiff-fum Patris mu-ne-re,



Sanctum da-tu-rus Spi-ritum.

Solemnis urgebat dies,
Quo mystico septemplici
Orbis volutus septies,
Signat beata tempora.

Cùm horâ lucis tertiâ
Repente mundus intonat,
Orantibus Apostolis
Deum venisse nuntiat.

De Patris ergò lumine
Decorus ignis almus est,
Qui fida Christi pectora
Calore Verbi compleat.

Impleta gaudent viscera,
Afflata Sancto Spiritu,
Voces diversas intonant,
Fantur Dei magnalia.

Ex omni gente cogniti,
Græcis, Latinis, Barbaris,
Cunctisque admirantibus,
Linguis loquuntur omnium.

Judæa tunc incredula,
Vesana torvo spiritu,
Ructare musti crapulam
Alumnos Christi concrepat.


Sed signis & virtutibus
Occurrit, & docet Petrus,
Falsa profari perfidos,
Joëlis teste comprobans.

Gloria Patri Domino,
Natoque qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In seculorum secula. Amen.

Au Nocturne.



Ant. Factus est. e u o u a e.



Psalmus 47.

MAgnus Dominus, & laudabilis nimis, * in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion, * latera Aquilonis, civitas Regis magni.

Deus in domibus ejus cognoscetur, * cùm suscipiet eam.

Quoniam eccè reges terræ congregati sunt, * convenerunt in unum.

Ipsi videntes sic, admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: * tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturientis, * in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: * Deus fundavit eam in æternum.

Suscepimus, Deus, misericordiam tuam, * in medio templi tui.

Secundùm nomen tuum, Deus, sic & laus tua in fines terræ: * justitia plena est dextera tua.


Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Judæ, * propter judicia tua, Domine.

Circumdate Sion, & complectimini eam: * narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus: * & distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie alterâ.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, & in sæculum sæculi: * ipse reget nos in sæcula. Gloria Patri, &c.

Ant.



Ant. Confirma. e u o u a e. 8 *ton.*

PSALMUS 67.

EXurgat Deus, & dissipentur inimici ejus, * & fugiant qui oderunt eum, à facie ejus.

Sicut deficit fumus, deficiant ; * sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

Et justi epulentur, & exultent in conspectu Dei, * & delectentur in lætitiâ.

Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus : * iter facite ei qui ascendit super occasum : Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu ejus, * turbabuntur à facie ejus, patris orphanorum & judicis viduarum.

Deus in loco sancto suo : * Deus qui inhabitare facit unius moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitudine, * similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulcris.

Deus, cùm egredereris in conspectu populi tui, * cùm pertransires in deserto :

Terra mota est, etenim cœli distillaverunt à facie Dei Sinaï, * à facie Dei Israël.

Pluviam voluntariam segregabis, Deus, hereditati tuæ: * & infirmata est, tu verò perfecisti eam.

Animalia tua habitabunt in eâ: * parasti in dulcedine tuâ pauperi, Deus.

Dominus dabit verbum evangelizantibus * virtute multâ.

Rex virtutum dilecti, dilecti: * & speciei domûs dividere spolia.

Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, * & posteriora dorsi ejus in pallore auri.

Dum discernit cœlestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon: * mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis: * ut quid suspicamini montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: * etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: * Dominus in eis in Sinâ in sancto.

Ascendisti in altum, cepisti captivitatem: * accepisti dona in hominibus.

Etenim non credentes, * inhabitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie: * prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.

Deus noster, Deus salvos faciendi: * & Domini Domini exitus mortis.

Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum: * verticem capilli perambulantium in delictis suis.

Dixit Dominus : Ex Basan convertam, * convertam in profundum maris ;

Ut intingatur pes tuus in sanguine ; * lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.

Viderunt ingressus tuos, Deus ; * ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto.

Prævenerunt principes conjuncti psallentibus, * in medio juvencularum tympanistriarum.

In Ecclesiis benedicite Deo Domino, * de fontibus Israël.

Ibi Benjamin adolescentulus, * in mentis excessu.

Principes Juda, duces eorum : * principes Zabulon, principes Nephtali.

Manda, Deus, virtuti tuæ : * confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Jerusalem : * tibi offerent reges munera.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum : * ut excludant eos, qui probati sunt argento.

Dissipa gentes quæ bella volunt : venient legati ex Ægypto : * Æthiopia præveniet manus ejus Deo.

Regna terræ, cantate Deo : * psallite Domino.


Psallite Deo, qui ascendit super cœlum cœli, * ad Orientem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo super Israël : * magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus.


Mirabilis Deus in sanctis suis ; Deus Israël ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ : * benedictus Deus. Gloria Patri, &c.



Ant. Confirma hoc, De- us, quod o-




pera-tus es in no-bis: a templo ſanc-



to tu- o quod eſt in Jeru-ſa-lem, alle-



lu-ia, alle-lu-ia.



Ant. Emitte. e u o u a e. 8 *ton.*

PSEAUME 103.

BEnedic, anima mea, Domino: * Domine Deus meus, magnificatus es vehementer.

Confeſſionem & decorem induiſti: * amictus lumine ſicut veſtimento.

Extendens cœlum ſicut pellem; * qui tegis aquis ſuperiora ejus.

Qui ponis nubem aſcenſum tuum; * qui ambulas ſuper pennas ventorum.

Qui facis angelos tuos, ſpiritus, * & miniſtros tuos ignem urentem.

Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam: * non inclinabitur in ſeculum ſeculi.

Abyſſus, ſicut veſtimentum, amictus ejus: * ſuper montes ſtabunt aquæ.

Ab increpatione tuâ fugient : * à voce tonitrui tui formidabunt.

Ascendunt montes, & descendunt campi, * in locum quem fundasti eis.

Terminum posuisti, quem non transgredientur, * neque convertentur operire terram.

Qui emittis fontes in convallibus : inter medium montium pertransibunt aquæ.

Potabunt omnes bestiæ agri : * expectabunt onagri in siti suâ.

Super ea volucres cœli habitabunt : de medio petrarum dabunt voces.

Rigans montes de superioribus tuis : * de fructu operum tuorum satiabitur terra.

Producens fœnum jumentis, * & herbam servituti hominum.

Ut educas panem de terrâ ; * & vinum lætificet cor hominis :

Ut exhilaret faciem in oleo ; * & panis cor hominis confirmet.

Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani quas plantavit : * illic passeres nidificabunt.

Herodii domus dux est eorum : * montes excelsi cervis ; petra refugium herinaciis.

Fecit lunam in tempora : * sol cognovit occasum suum.

Posuisti tenebras, & facta est nox : * in ipsâ pertransibunt omnes bestiæ silvæ.

Catuli leonum rugientes, ut rapiant, * & quærant à Deo escam sibi.

Ortus est sol, & congregati sunt ; * & in cubilibus suis collocabuntur.

Exibit homo ad opus suum, * & ad operationem suam usquè ad vesperum.

Quàm magnificata sunt opera tua, Domine! *

omnia in ſapientiâ feciſti : impleta eſt terra poſſeſſione tuâ.

Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus, * illìc reptilia, quorum non eſt numerus.

Animalia puſilla cum magnis : * illìc naves pertranſibunt.

Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei: * omnia à te expectant, ut des illis eſcam in tempore.

Dante te illis, colligent : * aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

Avertente autem te faciem, turbabuntur : * auferes ſpiritum eorum, et deficient, & in pulverem ſuum revertentur.

Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur : * & renovabis faciem terræ.

Sit gloria Domini in ſeculum : * lætabitur Dominus in operibus ſuis.


Qui reſpicit terram, & facit eam tremere : * qui tangit montes, & fumigant.

Cantabo Domino in vitâ meâ : * pſallam Deo meo quamdiù ſum.

Jucundum ſit ei eloquium meum ; * ego verò delectabor in Domino.

Deficiant peccatores à terrâ, & iniqui ita ut non ſint ; * benedic, anima mea, Domino.


Gloria Patri, &c.



Ant. Emitte Spi-ritum tu- um &



cre-abuntur: & renova-bis fa- ciem ter-



ræ, alle-lu-ia, alle-lu-ia.

℣. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, allelúia.

℟. Et hoc quod continet omnia, sciéntiam habet vocis, allelúia.

LEÇON I

Léctio sancti Evangélii secundùm Joannem.

Chap. 14.

IN illo témpore, dixit Jesus Discípulis suis: si quis díligit me, sermónem meum servábit & Pater meus díliget eum, & ad eum veniémus, & mansiónem apud eum faciémus. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Homel. 30. *sur l'Evangil.*

LIbet, fratres caríssimi, Evangélicæ verba lectiónis sub brevitáte transcúrrere, ut post diútiùs liceat in contemplatióne tantæ solemnitátis immorári. Hódiè namque Spíritus sanctus repentíno sónitu super Discípulos venit, mentésque carnálium in sui amórem permutávit, & foris apparéntibus linguis ígneis, intùs facta sunt corda flammántia; quia dùm Deum in ignis visióne suscepérunt, per amórem suáviter arsérunt. Ipse namque Spíritus sanctus amor est: unde & Joannes dicit: Deus cháritas est. Qui ergò mente integrâ Deum desíderat, profectò jam habet, quem amat. Neque enim quisquam posset Deum dilígere, si eum quem díligit non habéret.

℟.



Cum compleren-tur di-


es Pen- te- coſ- tes e-
rant om- nes pa- riter in e-
o- dem lo- co al- le- lu- ia:
& ſu- bitò factus eſt ſo- nus
de cœ- lo, al- le- lu- ia.
* Tanquam ſpi- ritûs vehe- men-tis, &
re-ple- vit to- tam do-
mum, al- le- lu- ia al- le- lu-
ia. * Dùm er- gò eſſent



in unum discipu-li con-grega- ti prop-



ter metum Jude-o- rum, sonus repen-



tè de cœ-lo venit su-per e-



os. * Tanquam.

LEÇON II.


Sed ecce, si unusquisque vestrùm requirâtur, an díligat Deum, totâ fidúciâ & securâ mente respondet, díligo. In ipso autem lectiónis exórdio audístis quid véritas dicit: si quis díligit me, sermónem meum servábit. Probátio ergo dilectiónis, exhibítio est óperis. Hinc in epístolâ suâ idem Joannes dicit: qui dicit, díligo Deum, & mandáta ejus non custódit, mendax est. Verè étenim Deum dilígimus, & mandáta ejus custodímus, si nos à nostris voluptátibus coarctámus. Nam qui adhuc per illícita desidéria diffluit, profectò Deum non amat: quià ei in suâ voluntate contradicit.

℟. r.




REple- ti sunt om- nes Spi-


ritu sanc- to: & cœ-pe- runt
lo- qui, pro-ut Spi- ritus sanctus
dabat e- loqui il- lis. * Et
conve- nit mul-ti-tu- do di-cen-
ti-um, al- le
lu- ia. ℣. Loqueban- tur va-
ri-is linguis A-pos- to-li magna-
li-a De- i. * Et conve-ni
℣. Glo- ri-a Pa-tri, & Fi- li-o,



& Spi-ri- tu-i sanc- to.




Et conve- nit.

LEÇON III.


ET Pater meus díliget eum, & ad eum veniémus, & mansiónem apud eum faciémus. Pensáte, fratres caríssimi, quanta sit ista dígnitas, habére in cordis hospítio advéntum Dei. Certè si domum nostram quisquam dives, aut præpotens amícus intráret, omni festinántiâ domus tota mundarétur, ne quid fortassè esset quod óculos amíci intrántis offénderet. Tergat ergò sordes pravi óperis, qui Deo præparat Domum mentis. Sed vidéte quid véritas dicat: veniémus, & mansiónem apud eum faciémus. In quorumdam étenim corda venit, & mansiónem non facit, quia per compunctiónem quidem Dei respectum percipiunt, sed tentatiónis témpore hoc ipsum quo compúncti fúerant, obliviscuntur: sicque ad perpetranda peccáta rédeunt, ac si hæc mínimè planxissent. Te Deum, *pag.* 336.

A LAUDES

Ant.



CUm complerentur di- es Pentecos-




tes, erant omnes pa- riter in e-odem




loco, alle- lu-ia. E u o u a e. 3 ton.


Ps. Dominus regnavit. *pag.*



Ant. Spi- ritus Domini reple- vit or-



bem terra- rum, al- le- lu- ia.



Ps. Jubilate Deo 8 *ton.* *pag.* 342.



Ant. Reple- ti sunt omnes Spiritu sanc-




to, & cœperunt loqui, al- le- lu- ia.




al- lelu- ia. *Ps.* Deus, Deus meus. 8. *p.* 217.



Ant. Fon- tes, & omni- a quæ mo-




ven- tur in aquis, hymnum di- cite




De- o, alle- luia. E u o u a e. 1.

Cant. Benedicite. *pag.* 343.



Ant. Lo quebantur va- ri is linguis



Apof- to-li mag-na- li-a De-i,



al-le-lu- ia, al-le- lu- ia, alle- lu-ia.



Pf. Laudate Dominum. 7 *ton.* *p.* 221.

Capitule. Act, 2.

CUm complerentur dies Pentecoftes, erant omnes Difcipuli pariter in eodem loco: & factus eft repentè de Cœlo fonus tanquam advenientis Spiritûs vehementis, & replevit totam domum ubi erant fedentes.


Hymne.



BE-a-ta nobis gaudi-a, Anni re-



du- xit orbi-ta; Cùm Spi- ritus Para-



clitus Effulſit in Diſ- cipu-los.

Ignis, vibrante lumine,
Linguæ figuram detulit,
Verbis ut eſſent profluí,
Et caritate fervidi.

Linguis loquuntur omnium :
Turbæ pavent Gentilium :
Muſto madere deputant
Quos Spiritus repleverat.

Patrata ſunt hæc myſtice,
Paſchæ peracto tempore,
Sacro dierum circulo,
Quo lege fit remiſſio.

Te nunc, Deus piiſſime,
Vultu precamur cernuo,
Illapſa nobis cœlitùs
Largire dona Spiritûs.


Dudùm ſacrata pectora
Tua repleſti gratiâ,
Dimitte noſtra crimina,
Et da quieta tempora.

Gloria Patri Domino,
Natoque qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In ſeculorum ſecula. Amen.


℣. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, alleluia.
℟. Et cœperunt loqui, alleluia.

A Benedictus.


Ant




A Cci- pi-te Spi-ritum ſanc-



tum: quorum remi-se- ri-tis pec-ca-ta



remittuntur e- is, al le-lu-ia.



Cant. Benedictus. *pag.* 223.

Oremus. *Oraison.*

DEus, qui hodiernâ die, corda Fidelium sancti Spiritûs illustratione docuisti : da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum.


A PRIME

Hymne.

JAm lucis orto sydere,
Deum precemur supplices
Ut in diurnis actibus,
Nos servet à nocentibus.
Linguam refrænans temperet,
Ne litis horror insonet,
Visum fovendo contegat
Ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima,
Absistat & vecordia :
Carnis terat superbiam,
Potûs cibique parcitas.
Ut cùm dies abscesserit,
Noctemquè sors reduxerit,
Mundi per abstinentiam,
Ipsi canamus gloriam.

Gloria Patri Domino,
Natoque qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In seculorum secula. Amen.

Ant.



CUm complerentur. E u o u a e. 8.

Pseaumes. Deus, in nomine tuo &c. Beati immaculati &c. Retribue, *pag.* 225. *Après les Ps. on répète l'Ant.* Cùm complerentur, &c.

Capitule.

REgi seculorum immortali & invisibili, soli Deo honor & gloria in secula seculorum, Amen. ℟. Deo gratias.

Rép. bref.




Christe, fi-li De i vivi, mise-re-re



On répète.

nobis. * Alle- lu- ia, alle- lu- ia.

Vers.



On répète Alleluia.

Qui sedes ad dexteram Patris.



℣. Glo-ri-a Patri & Fi- li-o & Spi-ri-



On répète Christe Fili &c.

tu-i Sancto.

Ant.

℣. Exurge, Christe, adjuva nos, alleluia.
℟. Et libera nos propter nomen tuum, allel.
℣. Dominus vobiscum.

OREMUS.

DOmine, Deus omnipotens, qui ad principium hujus diei nos pervenire fecisti; tuâ nos hodiè salva virtute, ut in hâc die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera: Per Dominum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

Ici on chante le Martyrologe.

℣. Pretiosa in conspectu Domini,
℟. Mors Sanctorum ejus.

SAncta Maria et omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum, ut nos mereamur ab eo adjuvari & salvari, qui vivit & regnat in secula seculorum. ℟. Amen

On dit ici trois fois :

℣. Deus, in adjutorium meum intende,
℟. Domine, ad adjuvandum me festina.

A la troisième fois, on ajoute :

Gloria Patri. Sicut erat.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Pater noster. *tout bas.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem :
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Respice in servos tuos, Domine, et in opera tua, et dirige filios eorum ;
℟. Et sit splendor Domini Dei nostri super

nos, et opera manuum nostrarum dirige super nos, et opus manuum nostrarum dirige.

Gloria Patri. Sicut erat.

OREMUS.

DIrigere & sanctificare, regere & gubernare dignare, Domine Deus, Rex cœli & terræ, hodiè corda et corpora nostra, sensus, sermones et actus nostros in lege tuâ, et in operibus mandatorum tuorum: ut hic et in æternum, te auxiliante, salvi et liberi esse mereamur, Salvator mundi: Qui vivis.

℣. Jube, Domine, benedicere.

Bénédiction. Dies et actus nostros in suâ pace disponat Dominus omnipotens. ℟. Amen.

Capitule.

JUdæi quoque, et Proselyti, Cretes & Arabes, audivimus eos loquentes nostris linquis magnalia Dei. Tu autem.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Benedicite. ℟. Deus.

Bénédiction. Dominus nos benedicat †, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam, & fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

A TIERCE.

Hymne.





Imple su- pernâ gra- ti-â,



Quæ tu cre- as- ti pecto- ra.

Qui Paraclitus diceris,
Donum Dei altissimi :
Fons vivus, Ignis, Caritas,
Et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere,
Dextræ Dei tu digitus,
Tu ritè promissum Patris
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longiùs,
Pacemque donea protinùs,
Ductore sic te prævio,
Vitemus omne noxium.

Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Te utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.

Gloria Patri Domino,
Natoque, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In seculorum secula. Amen.


Ant.




S Pi- ritus Do- mini. E u o u a e. 8.

Pseaumes. Legem pone mihi, &c. Memor esto verbi, &c. Bonitatem fecisti, &c. *pag.* 228.
Après les Ps. on répète l'Ant. Spiritus &c.
Le Capitule de Laudes.

Rép bref.



Spiritus Domini replevit orbem ter-



On répète Spiritus.

tarum, * Alle- lu- ia, alle- lu- ia.

Vers.



Et hoc quod continet om-ni-a sci-



On répète Alleluia.

en-tiam habet vocis.



℣. Glori-a Patri & Fi- li-o & Spi-




On répète Spiritus.

ri-tu-i sancto.
℣. Spiritus Paraclitus, alleluia.
℟. Docebit vos omnia, alleluia.
L'Oraison de Laudes.

A SEXTE. *Hymne.*

Rector potens, verax Deus,
Qui temperas rerum vices,
Splendore manè instruis,
Et ignibus meridiem:

Extingue flammas litium,
Aufer calorem noxium,
Confer salutem corporum,
Veramque pacem cordium.
Gloria Patri Domino,
Natoque qui à mortuis
Surrexit ac Paraclito,
In seculorum secula. Amen.


Ant. 

R Eple- ti sunt omnes. E u o u a e. 8.


Pseaumes. Defecit in salutare *&c.* Quomodò dilexi *&c. et* Iniquos odio habui *&c. pag.* 230. *Après les Pseaumes on répète l'Antienne* Repleti sunt omnes &c.

Capitule.


FActâ autem hâc voce, convenit multitudo, & mente confusa est ; quoniam audiebat unusquisque linguâ suâ illos loquentes.

Rép. bref. 

Spiritus Pa-raclitus; * Alle- lu- ia,

 *On répète* Spiritus &c,

Alle- lu- ia.

Vers.  *On répète* Alleluia.

Docebit vos omni- a.

 *On répète* Spiritus.

℣. Glori- a Patri. &c.


℣. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, alleluia.
℟. Et cœperunt loqui, alleluia.

L'Oraison de Laudes.

A NONE.

Hymne.

Rerum, Deus, tenax vigor,
Immotus in te permanens,
Lucis diurnæ tempora
Successibus determinans:
Largire clarum vespere,
Quo vita nusquàm decidat;
Sed præmium mortis sacræ
Perennis instet gloria.
Gloria Patri Domino,
Natoque, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In seculorum secula. Amen.

Ant.


Loqueban-tur. E u o u a e. 7 *ton.*

Pseaumes. Mirabilia testimonia *&c.* Clamavi in toto corde *&c.* Principes persecuti sunt me gratis *&c. pag.* 233. *Aprés les Pseaumes on répète l'Ant.* Loquebantur &c.


Le Capitule comme à Prime.

Rép. bref.


Reple-ti sunt omnes Spi-ritu sancto.



* Alle- lu- ia, alle- lu- ia. *On répète.*

Vers.


Et cœperunt loqui. Alle- lu- ia.



℣. Glori-a. ℟. Reple-ti.

℣. Loquebantur variis linguis Apoſtoli, allel.

℟. Magnalia Dei, alleluia.

L'Oraiſon de Laudes.

II. VEPRES.

Les Antiennes et le Capitule comme à Laudes; les Pſeaumes du Dimanche. Hymne, Veni, Creator.

℣. Loquebantur variis linguis Apoſtoli, allel.

℟. Magnalia Dei, alleluia.


A Magnificat.

Ant.



HOdi-è comple- ti ſunt di-



es Pen-te-coſ-tes, al- le- lu-ia :



ho- di-è Spiri-tus Sanc- tus in



ig-ne Diſ-ci-pu-lis appa- ru-it, &



Oraiſon, Deus, qui hodiernâ die, &c. *p.* 388.

Le Lundi de la Pentecôte.

A Magnificat.






meus di- ligit e-um, & ad



e-um ve- ni- emus, & mansi-onem



apud e-um fa- ci-emus, al-le- lu-ia.



Magnificat. *3 ton.*


OREMUS. *Oraison.*

DEus, qui Apostolis tuis Sanctum dedisti Spiritum: concede plebi tuæ piæ petitionis effectum; ut quibus dedisti fidem, largiaris & pacem; Per Dominum, &c.


Le Mardi de la Pentecôte.

A Magnificat.

Ant.



PAcem re-linquo vo-bis, pacem



meam do vo- bis: non quomo-



dò mun-dus dat, e-go do vo-bis,



Oratio. *Oraison.*

ADsit nobis, quæsumus, Domine, virtus Spiritus Sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis: Per Dominum nostrum, &c.

LE DIMANCHE

DE LA

TRÈS Ste. TRINITÉ.

A Vêpres. Antienne.













De- o Pa-tri & Fi- li-o, ſanc-to
ſimul Pa-ra-cli-to, in ſeculo-rum
ſecu-la. *Pſ.* Con-fite-bor ti-bi 2 *ton.*
Ant. Glo-ri-a lau-dis re-ſo-net in
o-re om- ni-um, Pa- tri, ge-ni-te-
que Pro-li, Spi-ri-tu-i ſancto pa-
ri-ter re-ſul-tet lau-de pe- renni.
Pſ. Be-nedictus viii. 3 *ton.* *Ant.* Laus
De- o Patri, pa-ri-li-que Proli, &



Ps. In exitu Israël. 5 ton.

Capitule. Rom. 11.

O Altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! Quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!



Ant.

Hymne.

O Lux be-a-ta Tri-ni-tas,

Et prin-cipa-lis U-ni-tas,

Jam sol re-cedit ig-ne-us,

Infun-de lumen cor-dibus.

Te mane laudum carmine,
Te deprecemur vespere;
Te nostra supplex gloria,
Per cuncta laudet secula.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Et nunc & in perpetuum.

℣. Benedictus es, Domine, in firmamento cœli.
℟. Et laudabilis & gloriosus in secula.

A Magnificat.

Ant. TE De-um, Patrem in-ge-nitum,

te Fi-li-um u-ni-ge-nitum, te Spi-

ritum Sanctum Para- clitum, Sanc-tam

& indi- vi- duam Tri- nitatem, toto

cor-de & o-re confi- te- mur, lau- da-

mus, at- que bene- di- cimus: ti- bi

glo- ri-a in sæ- cu-la. Magnificat.


OREMUS. *Oraison.*

OMnipotens sempiterne Deus qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia Majestatis adorare unitatem: quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis; Per Dominum, &c.

Mémoire du I. Dim. après la Pentecôte.

Ant. NOli- te judi- ca- re, ut non

judicemini: in quo enim judi-



ci o judi- ca-ve-ri-tis, ju- dica-bi-



mini, di- cit Dominus. 8 *ton.*

℣. Dirigatur, Domine, oratio mea.

℟. Sicut incensum in conspectu tuo.

OREMUS. *Oraison.*

DEus, in te sperantium fortitudo, adesto propitius invocationibus nostris; & quià sine te nihil potest mortalis infirmitas, præsta auxilium gratiæ tuæ; ut in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi & actione placeamus. Per Dominum nostrum. &c.


LE JOUR DE LA FETE-DIEU.

Aux II. Vêpres.

Ant.



SAcer-dos in æ-ter- num Chri-



stus Do-minus secun- dùm or-



dinem Melchi-sedech, panem & vi-


num obtu-lit. Ps. Dixit Dominus. 1.
Ant. Mise-ra-tor Do- mi-nus es-
cam de- dit ti- men- ti-bus se, in
me-mo- ri-am su- o- rum mira-
bi- li-um. Ps. Con-fi-tebor tibi. 2.
Ant. Ca- li-cem sa- lu-ta-ri- acci-
piam, & sa-crifi-ca-bo hos- ti-am
laudis. Ps. Credidi propter. 3. p. 36.
Ant. Si- cut novel-læ



E u o u a e. *4 ton.*

PSEAUME 127.

BEati omnes qui timent Dominum : qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum quià manducabis : beatus es, & benè tibi erit.

Uxor tua ſicut vitis abundans : in lateribus domûs tuæ.

Filii tui ſicut novellæ olivarum : in circuitu menſæ tuæ.

Eccè ſic benedicetur homo : qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion : & videas bona Jeruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum : pacem ſuper Iſraël. Gloria Patri, &c.



Ant. Si- cut no-vel-læ o- li- va-rum




Eccle- siæ fili- i sint in cir-



cu- i-tu men-sæ Do- mi-ni.



Ant. Qui pa- cem po- nit fi-nes



Ps. Lauda Jerusalem. 5 *ton. p.* 77[illegible]

Capitule. 1. Cor. 11.

FRatres, Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in quâ nocte tradebatur, accepit panem; & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite & manducate: hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem.

Hymne.





Nobis datus, nobis natus,
Ex intactâ Virgine,
Et in mundo conversatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatûs
Miro clausit ordine.
In supremæ nocte cœnæ,
Recumbens cum fratribus,
Observatâ lege plenè,
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.
Verbum caro, panem verum,
Verbo carnem efficit,
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerum,
Sola fides sufficit.
Tantum ergò Sacramentum
Veneremur cernui,
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui,
Præstet fides supplementum
Sensuum defectui.
Genitori, Genitoque
Laus & jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque,
Sit & benedictio,

Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.
℣. Panem de cœlo præstitisti eis, alleluia.
℟. Omne delectamentum in se habentem, alleluia.

A Magnificat.

Ant.



OREMUS. *Oraison.*

DEus, qui nobis sub Sacramento mirabili, Passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue, quæsumus, ità nos Corporis & Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut Redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis.

Le Dim. dans l'Octave de la Fête-Dieu.

Tout comme au jour de la Fête excepté ce qui suit.

Capitule. 1. Jean 3.

CHarissimi, nolite mirari si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.

℣. Cibavit illos ex adipe frumenti, alleluia.

℟. Et de petrâ, melle saturavit eos, alleluia.

A Magnificat.

Ant.




OREMUS. *Oraison.*

SAncti Nominis tui, Domine, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum; quia nunquam tuâ gubernatione destituis, quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per eumdem, &c.

Mém. de l'Octave. Ant. O sacrum &c. ℣. Panem de cœlo &c. *Orais.* Deus qui nobis &c. p. 410.

Le III. Dim. après la Pentecôte.

A Magnificat.



OREMUS. *Oraison.*

Protector in te sperantium, Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam; ut, te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna; Per.

Le IV. Dim. après la Pentecôte.

A Magnificat.


Ant.




Præ-cep- tor, per to-tam noctem



la-borantes ni- hil ce- pimus,



in ver- bo au-tem tu- o la-xabo



rete. Mag- ni- fi- cat. 1 *ton.*

OREMUS. *Oraison.*

Da nobis, quæsumus, Domine, ut & mundi cursus pacificè nobis tuo ordine dirigatur, & Ecclesia tua tranquillâ devotione lætetur; Per Dominum, &c.


Le V. Dim. après la Pentecôte.

A Magnificat.

Ant.



Ant.




al-le- luia. Mag- ni-fi- cat. 1 ton.

Oremus. *Oraison.*

DEus, qui diligentibus te bona inviſibilia præparaſti: infunde cordibus noſtris tui amoris affectum; ut te in omnibus, & ſuper omnia diligentes, promiſſiones tuas quæ omne deſiderium ſuperant, conſequamur; Per.

Le VI. Dim. après la Pentecôte.

À Magnificat.

Ant. 

MI-ſe- re or ſu per tur- bam:




qui-à eccè jam tri du-o ſuſ-tinent



me, nec ha- bent quod mandu cent: &



ſi dimiſe-ro e-os je-ju-nos, de-ficient



in vi-â, al- le-luia. Magni-fi-cat 7 t.

Oremus. *Oraison.*

DEus virtutum, cujus eſt totum quod eſt optimum: inſere pectoribus noſtris amorem

tui nominis, & præsta in nobis religionis augmentum; ut quæ sunt bona, nutrias, ac pietatis studio, quæ sunt nutrita, custodias; Per.

Le VII. Dim. après la Pentecôte.

A Magnificat.




Oremus. *Oraison.*

DEus, cujus providentia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus, ut noxia cuncta submoveas, & omnia nobis profutura concedas; Per Dominum nostrum, &c.

Le VIII. Dim. après la Pentecôte.

A Magnificat.



Oremus. Oraison.

Largire nobis, quæsumus Domine, semper spiritum cogitandi quæ recta sunt, propitius & agendi; ut qui sine te esse non possumus, secundùm te vivere valeamus. Per.

Le IX. Dim. après la Pentecôte.

A Magnificat.

Ant.



ORÉMUS. *Oraison.*

PAtcant aures misericordiæ tuæ, Domine, precibus supplicantium: & ut petentibus desiderata concedas, fac eos quæ tibi sunt placita, postulare. Per Dominum nostrum, &c.

Le X. Dim. après la Pentecôte.


Á Magnificat.



D Escen-dit hic juſ-ti-fi-ca- tus




in do-mum ſuam ab illo : qui-à



om-nis qui ſe exal-tat hu-mi-



li-a- bitur, & qui ſe humi- li-at,



e- xal-tabitur. Magnificat. 8 *ton.*

OREMUS. *Oraison.*

DEus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè & miſerando manifeſtas : multiplica ſuper nos miſericordiam tuam ; ut ad tua promiſſa currentes, cœleſtium bonorum facias eſſe conſortes ; Per.

Le XI. Dim. après la Pentecôte.

Á Magnificat.


Ant.



B Enè om-ni-a fe- cit, & ſur-



dos fe- cit au- di- re, & mutos



loqui. Magnificat. 5 *ton.*

ORREMUS. *Oraison.*

OMnipotens sempiterne Deus, qui abundantiâ pietatis tuæ & merita supplicum excedis & vota : effunde super nos misericordiam tuam; ut dimittas quæ conscientia metuit, & adjicias quod oratio non præsumit; Per.


Le XII. Dim. après la Pentecôte.

A Magnificat.

Ant.



HOmo qui-dam descen-debat




ab Je-ru- salem in Je- richo,




& inci-dit in latro-nes : qui



ti-am despo-li-ave-runt e-um, & ple-



-gis impo- si-tis, a-bi-e- runt, semi-vi-



vo re-licto. Magnificat. 8 *ton.*

Oremus. *Oraison.*

OMnipotens & misericors Deus, de cujus munere venit, ut tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter serviatur: tribue, quæsumus, nobis, ut ad promissiones tuas sine offensione curramus; Per Dominum nostrum.

Le XIII. Dim. après la Pentecôte.

℟ Magnificat.

Ant.



UNus autem ex il- lis, ut



vi- dit quòd mundatus est, regressus



est cum magnâ vo-ce, magni-ficans De-



um, alle- lu-ia. Magnificat. 2 *ton.*

Oremus. *Oraison.*

OMnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum; & ut mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis; Per Dominum, &c.

Le XIV. Dim. après la Pentecôte.

A. Magnificat.

Ant.



Q Uæ-ri-te primùm regnum De-



i, & justi-ti-am e- jus, &



hæc omnia adji-cien-tur vo- bis,



al-le- luia. Mag-ni-fi-cat. 2 *ton.*

ORΕMUS. *Oraison.*


CUstodi, Domine, quæsumus, Ecclesiam tuam propitiatione perpetuâ ; & quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxiliis & abstrahatur à noxiis, & ad salutaria dirigatur: Per.

Le XV. Dim. après la Pentecôte.

A. Magnificat.

Ant.


P Rophe-ta magnus sur-re-xit in



no-bis, & qui-a De-us vi-si-ta-vit



plebem sacram. ℣ Magnificat. 5 ton.


Oremus. — Oraison.

Ecclesiam tuam, Domine, miseratio continuata mundet & muniat; & quià sinè te non potest salva subsistere, tuo semper munere gubernetur; Per.


Le XVI. Dim. aprés la Pentecôte.

A Magnificat.


Ant.




Cum vocatus fu-eris ad nup-ti-as,




recumbe in novis- simo loco: ut



di-cat tibi qui te invi-ta-vit: A-



mi- ce, ascende su-pe- ri-ùs; & e-rit



tibi glo- ri-a coràm simùl discum-



bentibus, al- leluia. Magnificat. 7 ton.

ORAMUS. *Oraison.*

TUa nos, quæsumus, Domine, gratia semper & præveniat & sequatur; ac bonis operibus jugiter præstet esse intentos. Per.

Le XVII. Dim. après la Pentecôte.

A Magnificat.

Ant.





[illegible] Magnificat. [illegible]

Oremus. *Oraison.*

Da quæsumus, Domine, populo tuo diabolica vitare contagia; & te solum Deum purâ mente sectari; Per Dominum, &c.

Le XVIII. Dim. après la Pentecôte.

A Magnificat.

Ant.



TUlit er- gò Pa-ra-ly- ticus lec-



tum suum, in quo ja- cebat, mag-



ni- ficans Deum: & omnis plebs,



ut vi- dit, de- dit laudem De-o.



Magnificat. *4 ton.*

Oremus. *Oraison.*

DIrigat corda nostra, quæsumus, Domine, tuæ miserationis operatio: quiâ tibi sinè te placere non possumus; Per Dominum.

Le XIX. Dim. aprés la Pentecôte.

A Magnificat.




Oremus. *Oraison.*


OMnipotens & misericors Deus, universa nobis adversantia propitiatus exclude ; ut mente & corpore pariter expediti, quæ tua sunt, liberis mentibus exequamur ; Per.

Le XX. Dim. après la Pentecôte.


Ⱥ Magnificat.

Ant.


COgne- vit autem pa- ter, qui à




illâ ho- râ e-rat, in quâ dixit



Je- sus ; Fi- li-us tu- us vi- vit :



& cre- didit ip- se, & domus



ejus tota, Magnificat. 3 *ton.*

Oremus. *Oraison.*

LArgire, quæsumus, Domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem ; ut pariter ab omnibus mundentur offensis, & securâ tibi mente deserviant ; Per.

Le XXI. Dim. après la Pentecôte.

Ⱥ Magnificat.

Ant.


SEr-ve nequam, omne de-bitum



dimi- si tibi, quo- niam ro-gas-



ti me: non-nè ergò opor-tu-it &



tè mise-re- ri con-ser-vi tu-i, si-cut



& e- go tu-i misertus sum, al-



le- lu-ia. Magnificat. 8 *ton.*

OREMUS. *Oraison.*

FAmiliam tuam, quæsumus, Domine, continuâ pietate custodi; ut à cunctis adversitatibus, te protegente, sit libera, & in bonis actibus tuo nomini sit devota; Per.


Le XXII. Dim. après la Pentecôte.

A Magnificat.


Ant.



REddite er- gò quæ sunt Cæsa-



ris, Cæ- sa-ri: & quæ sunt De-i,



De- o, al- le- lu-ia. Magnificat, 1.


OREMUS. *Oraison.*

DEus, refugium nostrum & virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus, Auctor ipse pietatis, & præsta; ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur; Per.


Le XXIII. Dim. après la Pentecôte.

A Magnificat.


Ant.



A T Je- sus conver-sus, & videns



e-am, di-xit: Confi- de, fi- li-a fides



tu- a te salvam fecit, alle- lu-ia.



Magnificat. 1 *ton.*


OREMUS. *Oraison.*

ABsolve, quæsumus, Domine, tuorum delicta populorum; ut à peccatorum nexibus, quæ pro nostrâ fragilitate contraximus, tuâ benignitate liberemur; Per.


Le XXIV. Dim. après la Pentecôte.

A Magnificat.

Ant.



A - Men dico vo- bis, qui à non



præte-ri- bit gene-ra- ti-o hæc donec



om-ni-a fiant. Cœ- lum & ter-ra



tran-si- bunt; verba autem me-a non



transibunt, dicit Dominus. Magnificat, I.

OREMUS. *Oraison.*

EXcita, quæsumus, Domine, tuorum fideli-um voluntates; ut divini operis fructum propensiùs exequentes, pietatis tuæ remedia majora percipiant: Per.

S'il y a plus de 24 Dim. après la Pent. après le 23e. on reprend ceux des Dim. d'après l'Epiph. qui sont restés cette année.

PROPRE DES SAINTS.

Fetes de Novembre.

Le 30. de Novembre.

St. André, Apôtre. *Doub. II. cl.*

A Vêpres. *Antienne.*

S Alve, Crux pre-ti-o-sa, fus-cipe dis-ci-pulum e-jus, qui pependit in te, ma-gister me-us Chris-tus.

Ps. Dixit Dom. 7. *t.* *Ant.* Be-a- tus Andre-as o-ra-bat, di-cens: Do- mine, Rex æ-ternæ glo- ri æ, fus- cipe



me pen-den-tem in pa-ti-bulo.
Ps. Confitebor. 8 t. *Ant.* Andre-as
Chris-ti fa-mu-lus, dignus De-i A-
posto-lus, germanus Pe-tri, & in
paf-si-one so-ci-us. *Ps.* Beatus vir. 8 *ton.*
Ant. Ma-ximil-la Christo a-mabi-lis,
tu-lit corpus Aposto-li, opti-mo lo-
co cum a-romati-bus sepe-li-vit.
Ps. Laudate pueri. 8 *t.* *Ant.* Qui perse-




quebantur jus-tum, demer-sis-ti e- os,



Domine, in in- ferno, & in lig-no



cru-cis dux jus- ti fu-is-ti.



Ps. Laudate Dominum. 7 *ton.*

Capitule. Rom. 10.

FRatres, corde enim creditur ad justitiam ; ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptura : omnis qui credit in illum, non confundetur.

Hymne. Exultet cœlum laudibus, &c. *pag.* 34.

℣. In omnem terram exivit sonus eorum.


℟. Et in fines orbis terræ verba eorum.

A Magnificat.


Ant.




UNus ex du-o- bus qui se



cu-ti sunt Do- minum, e-rat An-



dreas fra- ter Si- monis Pe-tri,



ORÉMUS.

MAjestatem tuam, Domine, suppliciter exoramus; ut sicut Ecclesiæ tuæ beatus Andreas Apostolus extitit prædicator & rector; ità apud te sit pro nobis perpetuus intercessor: Per Dominum, &c.

FETES DE DECEMBRE.

Le 2 de Décembre.

Ste. Bibiane, V. & M. *Sém.*

Oraison.

DEus, omnium largitor bonorum, qui in famulâ tuâ Bibianâ cum virginitatis flore Martyrii palmam conjunxisti: mentes nostras ejus intercessione tibi charitate conjunge; ut amotis periculis, præmia consequamur æterna; Per Dominum nostrum, &c.

Le 3 de Décembre.

St. François Xavier, Conf. non Pont. *Dou. maj.*


Oraison.

DEus, qui Indiarum gentes, beati Francisci prædicatione & miraculis, Ecclesiæ tuæ aggregare voluisti: concede propitius, ut cujus gloriosa merita veneramur, virtutum quoque imitemur exempla; Per Dominum, &c.

Le 4 de Décembre.

St. Pierre Chrysologue, Evêq. & Doct. *Doub.*

Ant. de Magnificat : O Doctor &c *p.* 66.



Ant. O o

Oraison.

DEus, qui beatum Petrum Chryfologum, Doctorem egregium, divinitùs præmonftratum ad regendam & inftruendam Ecclefiam tuam eligi voluifti : præfta, quæfumus, ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorem habere mereamur in cœlis; Per.

Mémoire de Ste. Barbe Vierge & Mart. Oraison: Deus qui inter cætera &c. *pag.* 79.

Le 5 de Décembre.

St. Sabas, Abbé. *Simp.*

Oraison. Intercessio nos &c. *pag.* 73.

Le 6 de Décembre.

St. Nicolas, Evêque & Conf. *Doub.*


Oraison.

DEus, qui beatum Nicolaum Pontificem, innumeris decorafti miraculis: tribue, quæfumus, ut ejus meritis & precibus, à gehennæ incendiis liberemur; Per.

Le 7 de Décembre.

St. Ambroife, Evêq. & Doct. *Doub.*

Ant. de Magnificat : O Doctor &c. p. 66.



Oraison.

DEus, qui populo tuo æternæ falutis beatum Ambrofium miniftrum tribuifti : præfta, quæfumus, ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorem habere mereamur in cœlis; Per.

Le 8 de Décembre.

LA CONCEPTION DE LA Ste. VIERGE.


Aux I. Vêpres. Doub. 1 cl.





pro geni-e Ma-ri- a ex-or- ta re-
ful-get: cu-jus pre-cibus nos ad-ju-
va-ri mente & ſpi- ritu devo- tiſ-
ſimè poſ- cimus. Pſ. Lætatus ſum 6.
Ant. Cor-de & a-nimo Chriſto cana-
mus glo- ri-am in hâc ſa-crâ
ſolemni-ta-te præcel-ſæ geni-tri-cis
De- i Ma- ri- æ. Pſ. Ni-ſi Dominus. 8
Ant. Cum jucundi-ta-te Concepti-o- nem
Na-ti-vita- tem



be-a-tæ Ma-ri-æ ce-lebremus, ut ipsa



pro no-bis in-tercedat ad Dominum




Je-sum Christum. *Ps.* Lauda Jerusal. 7.
Capitule. Ab initio & antè &c. *Hymne.* Ave, Maris stella, &c, *pag.* 94.

℣. Conceptio / Nativitas est hodiè Sanctæ Mariæ Virginis.


℟. Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias.

A Magnificat.

Ant.



GLori-o-sæ Vir-gi-nis Ma-ri-æ




Concep-ti-o-nem dignis-simam
Or-tum dignis-simum



lamus, quæ & ge-ni-tri-cis digni-



ta-tem ob-ti-nu-it, & virgi-na-lem



pudi-ci-ti-am non a- mi-fit.



Magni- fi- cat. I *ton.*

OREMUS. *Oraison.*

FAmulis tuis, quæſumus, Domine, cœleſtis gratiæ munus impertire: ut quibus beatæ Virginis partus extitit ſalutis exordium, Conceptionis ejus (*pour la Fête de la Nativité, on dit* Nativitatis ejus) votiva ſolemnitas pacis tribuat incrementum; Per.

Mémoire de la Férie.

Aux II. Vêpres, tout comme aux I. excepté :

A Magnificat.

Ant.



COn-cep-ti-o tu- a, De- i ge-
Na- ti- vi-tas



nitrix Virgo, gau- di-um an-nunti-a-



vit uni-ver-ſo mundo: ex te



e-nim or-tus eſt ſol juſ-ti- ti-æ




Mémoire de la Férie, comme suit :

Si la Conception tombe dans la 1re. Semaine de l'Avent, *Le Vendredi.*




Le Samedi.

Ant. 

Veni, Do-mine, vi-si-tare nos in



pace ut læ-temur coram te cor-de



perfecto. *7 ton.*


Le Lundi de la 2e. Semaine.

Ant. 

Eccè ve-ni-et Rex Dominus terræ;




& ip-se auferet ju-gum captivi-ta-tis




nostræ. *4 ton.*


Le Mardi.

Ant. 

Vox clamantis in defer-to: pa-ra-



te vi-as Domini, rectas fa-ci-te



ſe-mitas De-i noſtri. *5 ton.*

Le Mercredi.


Ant. 

Si-on re-no-vaberis, & vi-debis juſ-



tum tuum qui ventu rus eſt in te. 4.

Le Jeudi.

Ant. 

Qui poſt me ve- nit, antè me



factus eſt : cujus non ſum dignus



calce-amen-ta ſolvere. *4 ton.*

Le 10 *Décembre.*

Mémoire de St. Melchiade, Pape & Mart. *Oraiſon.* Infirmitatem, &c. *pag.* 49.

Le 11 *Décembre.*

St. Damaſe, Pape & Conf. Sem.

Oraiſon.

EXaudi, Domine, preces noſtras ; & interveniente beato Damaſo Confeſſore tuo atque Pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus & pacem : Per Dominum.


Le 13 de Décembre.

Ste. Luce, Vierge & Mart. *Doub.*


A Vêpres.

Ant. 

O-Ran- te sanctâ Lu-ci-â,



apparu-it e- i be-a-ta Agatha, &




conso-laba-tur an-cillam Christi.



Ps. Dixit Dom. 7 *t.* *Ant.* Luci-a Vir-



go, quid à me pe-tis, quod ipsa



po-te-ris præsta- re con-ti-nu-ò




ma-tri tu-æ. *Ps.* Laudate pueri. 7 *t.*




Ant. Per te, Lu-ci-a Virgo, ci-vi-tas


Sy-racusana decora- bitur à Do-
mino Je-su Christo. Ps. Lætatus sum. 8
Ant. Be-ne-di-co te, Pa-ter Domini
me-i Je-su Christi, qui-à per fi-
li-um tu-um ig-nis extinctus est
à la- te-re me-o. Ps. Ni-si Dominus. 8
Ant. So-ror me-a Lu-ci-a, Virgo
De-o de-vo-ta, quid à me pe-
tis, quod ip-sa po- teris præsta-re




conti- nuò ma-tri tu-æ. *Pf.* Lauda Jeruf. 8.
Capitule. Fratres qui gloriatur, &c. *Hymn.* Jefu corona Virginum, &c. ℣. Specie tuâ, &c. *pag.* 78.

A. Magnificat.

Ant. 


IN tu-â pa-ti-en- ti-â poffedif- ti




a-nimam tuam, Lu- ci-a fponfa Chrif-



ti: o-dif- ti quæ in mundo funt,



& co-ruf-cas cum Ange-lis: fan-



guine pro- pri-o i-nimicum vi-cif- ti.



Magnificat. 1. *ton.*
Oraifon. Exaudi, &c. *pag.* 20.


Le 16 de Décembre.

St. Eusèbe, Evêq. & Mart. *Sémid.*
Oraifon. Deus, qui nos, &c. *pag.* 50.


Le 21 de Décembre.

St. Thomas, Apôtre. *Doub.* 2 *cl.*


A Magnificat.

Ant. 

Q Ui-a vi-diſti me, Thoma, cre-



di-diſ-ti : be-a-ti qui non viderunt,



& crediderunt, alle-lu-ia. Magnificat. 8.

OREMUS. *Oraison.*

DA nobis, quæſumus, Domine, beati Apoſtoli tui Thomæ ſolemnitatibus gloriari ; ut ejus ſemper patrociniis ſublevemur, & fidem congruâ devotione ſectemur ; Per.

FETES DE JANVIER.

Le 11 de Janvier.

Mémoire de St. Hygin, Pape & Mart. *Orais.* Infirmitatem, &c. *pag.* 49.

Le 14 de Janvier.

St. Hilaire, Evêq. & Conf. *Sémid.*

Oraison.

DEus, qui populo tuo æternæ ſalutis beatum Hilarium miniſtrum tribuiſti : præſta, quæſumus, ut quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercesſorem habere mereamur in cœlis ; Per Dominum, &c.

Ant. P p

Mémoire de St. Félix, Prêtre & Martyr.

Oraison.

COncede, quæsumus, omnipotens Deus, ut ad meliorem vitam, Sanctorum tuorum exempla nos provocent: quatenùs quorum solemnia agimus, etiam actus imitemur; Per.

Le 15 de Janvier.

St. Paul, premier Hermite. *Doub.*

Oraison. Deus, qui nos beati Pauli, &c *p.* 72.

Mémoire de St. Maur, Abbé. Oraison. Intercessio nos, &c. *pag.* 73.

Le 16 de Janvier.

St. Marcel, Pape & Martyr. *Sémid.*

Oraison.

PReces populi tui, quæsumus, Domine, clementèr exaudi; ut beati Marcelli Martyris tui atque Pontificis meritis adjuvemur, cujus passione lætamur; Per.

Le 17 de Janvier.

St. Antoine, Abbé. *Double.*

Oraison. Intercessio, &c *pag.* 73


Le 18 de Janvier.

La Chaire de St. Pierre à Rome.


Double Majeur.

Tout du Commun d'un Confesseur Pontif, pag. 61. *excepté ce qui suit :*

Hymne.




QUodcumque vin- clis super ter-



ram strinxeris, Erit in as-tris re-



li-gatum for-titer: Et quod re-sol-vis



in terris ar-bitri-o, Erit so-lu-tum



super cœ-li ra-di-um: In fine




mun- di ju-dex e-ris se-cu-li.

Gloria Patri per immensa secula;
Sit tibi, Nate, decus & imperium,
Honor, potestas, Sanctoque Spiritui:
Sit Trinitati salus individua,
Per infinita seculorum secula. Amen.


℣. Tu es Petrus. ℟. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

A Magnificat.


Ant.




TU es Pastor o- vi-um, prin-



ceps A- posto- lo- rum, tibi traditæ



sunt cla- ves reg- ni cœ- lo-rum.




Mag- ni- fi- cat. *I ton.*

Oremus. *Oraison.*


DEus, qui beato Petro Apoſtolo tuo, collatis clavibus regni cœleſtis, ligandi atque ſolvendi Pontificium tradidiſti : concede, ut interceſſionis ejus auxilio, à peccatorum noſtrorum nexibus liberemur; Qui vivis, &c.

Mémoire de St. Paul.

Ant.



SAncte Paule, A-poſ- tole,



prædi- ca- tor ve- ri-ta- tis, & doctor



gen-tium, intercede pro nobis ad



De-um qui te e-le-git. 8.

℣. Tu es vas electionis, ſancte Paule Apoſtole.

℟. Prædicator veritatis in univerſo mundo.

Oremus. *Oraison.*

DEus, qui multitudinem Gentium beati Pauli Apoſtoli prædicatione docuiſti : da nobis, quæſumus, ut cujus commemorationem colimus, ejus apud te patrocinia ſentiamus; Per Dominum, &c.

Mémoire de Ste. Prisque, V. & Mart.

Oraison.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui beatæ Priscæ Virginis & Martyris tuæ natalitia colimus; & annuâ ejus solemnitate lætemur, & tantæ fidei proficiamus exemplo; Per.

Aux II. Vêpres, les Ant. & les Pseaumes du Commun d'un Conf. Pont. Hymne. Quodcumque vinclis, *ci-dessus.*

℣. Elegit te Dominus sacerdotem sibi.

℟. Ad sacrificandum ei hostiam laudis.

A Magnificat. *Ant.* Dùm esset summus Pontifex. *page* 69. *Mémoire de St. Paul, comme aux I. Vêpres.*

Le 19 de Janvier.

St. Canut, Roi & Martyr. *Sémid.*

Oraison.

DEus, qui ad illustrandam Ecclesiam tuam, beatum Canutum, Danorum Regem, Martyrii palmâ, & gloriosis miraculis decorare dignatus es: concede propitius, ut sicut ipse Dominicæ passionis imitator fuit, ità nos per ejus vestigia gradientes, ad gaudia sempiterna pervenire mereamur; Per Dominum, &c.

Mémoire des SS. Marius, Marthe, &c. Martyrs.

Oraison.

EXaudi, Domine, populum tuum cum sanctorum tuorum patrocinio supplicantem; ut & temporalis vitæ nos tribuas pace gaudere, & æternæ reperire subsidium; Per.

Le 20 de Janvier.

S. Fabien & S. Sébastien, Martyrs. *Doub.*

Oraison.

INfirmitatem nostram respice, omnipotens Deus: & quià pondus propriæ actionis gra-

vat, beatorum Martyrum tuorum Fabiani & Sebastiani intercessio gloriosa nos protegat; Per.

Le 21 de Janvier.


Ste. Agnès, Vierge & Mart. *Doub.*

Aux I. Vêpres.

Ant.




I N-gressa Agnes turpitu- dinis



lo-cum, Angelum Do- mi-ni præpara-tum



in-venit. *Ps.* Dixit Dominus. 7 *ton.*



Ant. Me-cum e-nim ha- beo custodem




cor-po ris me-i, Angelum Domini.



Ps. Confi-tebor. 7 *t.* *Ant.* Annulo su-o



subarrhavit me Do mi-nus me-us



Jesus Christus, & tanquam spon-sam




Capitule. Confitebor tibi, &c. *au Commun, p.* 83.
Hymne : Jesu corona Virginum, &c. ℣. Specie tuâ, &c. *au Com. pag.* 78.

℣ Magnificat.


Ant.
BEata Agnes in medi-o
flammarum expan-sis ma-nibus o-ra-
bat: Te de-precor, omnipo-tens, ado-
rande, co-lende, Pater metu-en-
de, qui-à per sanctum Fi-li-um
tu-um e-va-si mi-nas sacri-legi
ty-ran-ni, & car-nis spur-ci-ti-am
imma-cula-to cal-le tran-sivi: &
ec-cè ve-ni-o ad te, quem



ama- vi, quem quæsi-vi, quem sem-



per op- tavi. Magni-ficat. 8 *ton.*

ORemus. *Oraison.*

OMnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas : concede propitius, ut qui beatæ Agnetis Virginis & Martyris tuæ solemnia colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus ; Per.

Aux II. Vêpres, tout comme aux I, excepté ce qui suit :


℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

A Magnificat.

Ant. 


STans be-a-ta Ag-nes in me-di-o



flammæ, ex-pansis ma- nibus



o- ra- bat ad Dominum : Omni-



potens, a-doran-de, co- len- de,



Magnificat. 1 *ton.*

Oraison. Omnipotens, *comme ci-dessus.*

Le 22 de Janvier.

S. Vincent & S. Anastase, Mart. *Sémid.*

Oraison.

ADesto, Domine, supplicationibus nostris; ut qui ex iniquitate nostrâ reos nos esse cognoscimus, beatorum Martyrum tuorum Vincentii & Anastasii intercessione liberemur; Per.

Le 23 de Janvier.

S. Raymond de Pegnafort, Conf. non Pont. *Sem.*

Oraison.

DEus, qui beatum Raymundum, pœnitentiæ Sacramenti insignem ministrum elegisti, & per maris undas mirabiliter traduxisti : concede ut ejus intercessione dignos pœnitentiæ fructus facere, & ad æternæ salutis portum pervenire valeamus; Per.

Memoire de Ste. Emerentienne, V. & M. *Oraison.* Indulgentiam, &c. *pag.* 80.

Le 24 de Janvier.

S. Timothée, Evêq & Mart. *Sémid.*

